© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022




© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022

296

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022

U.L.P.G.C.
Cop. 851375

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022

# OFFICIVM HEBDOMADAE SANCTAE,

CVM PSALMIS, ET LECTIONIBVS
ſecundum Miſſale, & Breuiarium Romanum, Pij V. Pontif. Max. iuſſu editum, & Clementis VIII. auctoritate recognitum, cum cantu Toletano.




MATRITI.

Ex Typographia Regia. Anno Domini.

M. DC. XVI.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022

fr. fr.co delacavia

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022

# A DON MARTIN DE CORDOVA DEL CONSEIO DE SV MAGESTAD, PRIOR Y SEÑOR DE

la villa de Iunquera, de Ambia y ſu tierra, Comiſſario Apoſtolico general de la ſanta Cruzada y de las de mas gracias, en todos los Reynos y Señorios de ſu Mageſtad, y Iuez Apoſtolico y Real para lo tocante à los libros del nueuo rezado, &c.

Tomas Iunti Impreſſor del Rey nueſtro ſeñor. Salud, &c.

HA SIDO tan bien recebido años ha el Oficio de la Semana ſanta, impreſſo en forma grande y canto Toledano, para el ſeruicio general del Eſtado Eclesiaſtico, y muy en particular de las Igleſias pobres, que no alcançan para hazer libros grandes eſcritos en pergamino; que por falta dellos, mando V. S. ſe imprimieſſen de nueuo, como perſona tan cuydadoſa del bien de los pobres, y tener demas deſto a ſu cargo, por autoridad Apoſtolica, y mandato de la Real Mageſtad ( entre los grandes oficios, è importantes negocios que le tiene encomẽdados ) lo que toca a la protecciõ, defenſa y execucion del nueuo rezado. Y aſsi conforme al buen deſſeo de V. S. y diligencia del Padre Fray Franciſco de la Carrera,

¶ ij Procu-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022

Procurador del Monaſterio de S. Lorenço el Real, y Adminiſtrador del nueuo rezado, ſe ha reformado, è impreſſo con la perfeccion que V.S. verà: y pues ſale deſta Imprenta Real, me corre obligacion de perficionar la impreſsion, con que la direccion della ſea a V.S. no ſolo por las cauſas referidas, como por hallar en V.S. ſujeto deuotiſsimo y nobiliſsimo, lo qual teſtifican los troncos de donde V.S. deciende, pues han eſtẽdido ſus ramos en tantas partes del mundo, ocupando la fama de ſus hazañas toda la tierra y el mar, enriqueziendo de honra y gloria a toda Eſpaña. Suplico a V.S. perdone mi atreuimiento, que por auer ſalido del buen zelo que tengo de ſeruir a V.S. merece perdon.

---

*Ay licencia del ſeñor Comiſſario general de la ſancta Cruzada para imprimir eſte Paſſionario, dada en dos de Nouiembre del año paſſado de 1615.*

Taſſole ſu Señoria a treynta y dos reales en papel. De que doy fè. En Madrid a 15. de Março, de *1616*.

*Antonio Rodriguez de Rehoyo.*

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



# DOMINICA IN PALMIS.

COMPLETA TERTIA, ET FACTA ASPERSIONE AQVÆ, MORE SOLITO, benedicuntur rami Palmarum, & Oliuarum, ſiue aliarum arborum, & incipitur ab Antiphona ſequente, quæ cantatur à choro.




Deinde dicitur Oratio & Epiſtola, vt in Miſſali: & ſtatim à Choro cantatur pro Graduali ſequens Reſponſorium.




lle gerunt Pon ti fi ces, & Phari ſæ i
co n ci li um, e t dixerunt.
Quid fa ci mu s, qui a hi c ho mo
mu l ta ſi gna fa cit? Si dimi t ti-
mus e um ſic, o mnes cre dent in
e um. P. E t ve ni e nt
Ro ma ni, e t to llent no ſtrum
locum


lo cum, e t ge n tem. ℣.
Nus au tem ex i llis Caypha s
no mine, cũ eſ ſet pon ti fex a n ni il li us, prophe-
ta uit dicens . Ex pedit vo-
bis, v t v nus mo ri a tu r ho mo
pro po pu lo, & no n to ta gens
pe re at. Ab il lo er go di e co gi-


ta ue runt interfi cere e um,
di centes. P. Et.
Vel aliud Reſponſorium.
IN mon te o li ue ti o
ra uit ad pa trem, Pa-
ter ſi fi e ri po teſt: tranſe at à me
ca lix i ſte. P. Spi ri tus qui dem prom-
ptus eſt, ca ro autem in fir ma:
fiat

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022







BEnedictus qui venit in nomine Domini,



Hoſanna in ex cel ſis.

Completa benedictione, Celebrans diſtribuit ramos: & interim à choro cantantur Antiphonæ ſequentes: quę ſi non ſufficiant, repetantur: quouſque ramorum diſtributio finiatur. Antiphona.



PVeri Hebræ o rum portantes ramos o-



li ua rum, ob ui a uerunt Do mino, cla man tes, & di-



cen tes: Ho ſan na in ex cel ſis.

Alia Antiphona.



PVeri Hebræ o rum ve ſti menta proſter-



nebant in vi a, & cla mabant, dicentes: Hoſanna fi-

lio

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



li o Dauid: benedictus qui venit in nomine Domini.

Deinde dicitur Oratio, Omnipotens ſempiterne Deus, qua finita Diaconus vertens ſe ad populum cantat.

Pro ce da mus in pace. ℟. In nomine Chriſti, Amen.

Poſtea fit proceſsio, & cantantur ſequētes Antiphonæ, vel omnes, vel aliquæ, quouſque durat proceſsio.

Antiphona.

CVm appropinqua ret Do mi nus Ie ro ſo ly mam, mi ſit du os ex di ſci pu lis ſu is, di cens: I te in ca ſtel lum quod con tra vos eſt, & in ue ni e tis pul-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






in

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






A v roſo-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Rex

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






&

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022








In reuerſione proceſsionis, duo, vel quatuor cantores intrant in Eccleſiam, & clauſo oſtio ſtantes verſa facie ad proceſsionem, incipiunt ℣. Gloria, laus. & decantant duos primos verſus. Sacerdos verò cum alijs extra Eccleſiam repetit eoſdem. Deinde qui ſunt intus cantant alios verſus ſequentes, vel omnes, vel partem, prout videbitur: & qui ſunt extra ad quoslibet duos verſus reſpondent: Gloria, laus. ſicut à principio.

Verſus.


G
Lori a, laus, & ho nor, tibi ſit Rex Chriſte
Re dem ptor: Cu i pu e ri le de cus, prom pſit
Ho ſan na pi um.
I
Sra el es tu Rex,
Da ui dis & in cly ta proles: No mi ne qui in Domini,
Rex benedicte, venis.
℟. Glo- ria laus.
℣.
C
œtus in excel-
ſis te lau dat cælicus omnis: Et mor ta lis homo & cun-
cta cre a ta ſimul.
℟. Glo- ria laus.
℣.
P
Lebs He bræ a ti bi
cum


cum pa lmis ob ui a ve nit : Cum pre ce, vo to, hym-
℟. Glo- ria laus.
nis ad ſumus ec ce ti bi. ℣.
T I ti-
bi paſſu ro ſol ue bant mu ni a laudis . Nos ti bi regnã-
℟. Glo- ria laus.
ti pa ngimus ec cẽ melos. ℣.
H I
pla cu e re ti bi : pla ceat de uo ti o noſtra : Rex bo-
ne , Rex cle mens , cu i bo na cun cta pla cent. ℣.
℟. Gloria laus.
Poſtea intrat proceſsio Eccleſiam, cantando Reſponſum.
I N gre dien te Do mi no in ſan-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



## AD MISSAM INTROITVS.



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






elei-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






¶ Paſsio Domini, incipitur abſolutè: non dicitur Munda cor meum: non petitur benedictio, non deferuntur luminaria, nec incenſum: non dicitur Dominus vobiſcum: nec reſpondetur, Gloria tibi Domine. & celebrans, ſeu Diaconus dum pronuntiat Paſsio Domini noſtri, non ſignat librum, neque ſeipſum. Quod & in alijs diebus ſeruatur, quando legitur Paſsio.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






&


& concilium fecerunt, vt Ieſum dolo tenerent, & occide-
rent. Dicebant autem. S Non in di e feſto. Ne fortè tu-
multus fieret in populo. C Cùm autem eſſet Ieſus in
Bethani a, in domo Simonis leproſi , acceſsit ad eum mu-
li er habens a labaſtrũ vnguenti pretioſi: & effudit ſuper
caput ipſius recumbentis. Videntes autẽ diſcipuli, indi-
gnati ſunt dicẽtes. S Vt quid perditio hæc? potuit enim

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






dice-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





: dicetur & quod hæc fecit in memoriam e ius. C Tunc



abijt vnus de duodecim, qui dicitur Iudas Iſcari o tes, ad



principes ſacerdotum, & a *it illis.* S Quid vultis mihi



dare, & ego eum vobis tradã? C At illi cõſtituerũt e i *tri-*



ginta argẽteos. Et ex inde quęrebat opportunitatẽ vt eũ



traderet. Prima autem die azymorũ acceſſerũt diſcipuli



2 ad Ieſum, di centes. S Vbi vis paremus tibi comedere

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022.





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






hoc genimine vitis: vſque in diem illum: cùm illud bi-
bam vobiſcum nouum in regno patris me i. C Et hym-
no dicto, ex i erunt in montem Oliue ti. Tunc dicit illis
Ie ſus. ✠ Omnes vos ſcandalum pati e mi ni in me in
i ſta nocte. Scriptũ eſt enim: Percu ti am paſtorem,
& diſpergẽtur ou es gre gis. Poſtquam autem reſurre-
xero, præce dam vos in Gali læ am. C Reſpondens au-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






ſci-


ſcipulis ſuis. ✠ Sedete hic, donec vadã illuc, & o rem.
Et aſſũpto Petro, & duobus filijs Zebedæi: cœpit cõ-
triſtari & mœſtus eſſe. Tunc ait illis. ✠ Triſtis eſt anima
me a vſque ad mortem. Suſtinete hic, & vigi la te me-
cum. Et progreſſus puſillũ, procidit in faciem ſuam
orans, & di cens. ✠ Pater mi, ſi poſsi bi le eſt, tranſeat à
me ca lix i ſte. Verum tamen non ſicut ego volo, ſed ſi-


cut tu. ¶ Et venit ad diſcipulos ſuos, & inuenit e os dor-
mientes. Et dicit Petro. ✠ Sic, non potu iſtis vna ho-
ra vigilare mecum? Vigilate, & orate: vt non intretis in
tentationem. Spiritus quidem promptus eſt, caro autē in-
firma. ¶ Iterū ſecundò abijt, & orauit, dicens. ✠ Pater
mi, ſi non poteſt hic calix tranſire, niſi bibam illum, fiat
voluntas tu a. ¶ Et venit iterum, & inuenit eos dormi-
entes.


entes. Erant enim oculi e orum grauati. Et re li ctis il lis,
i terum a bijt, & orauit terti ò, e undẽ ſermonẽ dicẽs. Tunc
venit ad diſcipulos ſu os, & di cit illis. ✠ Dormite iam, &
requieſcite. Ecce appropinquauit hora: & filius hominis
tradetur in manus peccatorũ. Surgite, e a mus. Ecce appro-
pinquauit, qui me tradet. C Ad huc e o loquẽte, ecce Iu-
das vnus de duodecim venit: & cum e o turba multa cum

gla-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022.





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Petrus


Petrus autē ſequebatur eum à longe: vſque in atriū princi-
pis ſacerdotū. Et ingreſſus intro, ſedebat cū miniſtris, vt vi-
deret finē. Principes autē ſacerdotū & omne cōciliū quæ-
rebāt falſū teſtimoniū cōtra Ieſum: vt eū morti traderēt,
& non inuenerūt cū multi falſi teſtes acceſsiſſent. Nouiſsi-
mè autē venerūt duo falſi teſtes, & dixerūt: S Hic dixit:
Poſsū deſtruere tēplū Dei, & poſt triduū reædificare illud:

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022








veſti-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022.





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






tu a manifeſtũ te facit. ¶ Tunc cœpit deteſtari, & iurare,
quia non nouiſſet hominem. Et cõtinuò gallus can ta uit.
Et recordatus eſt Petrus verbi Ie ſu quod dixerat, Priuſ-
quam gallus cantet, ter me negabis. Et egreſſus foras, fle-
uit amarè. Mane autem facto, conſilium in i erunt omnes
principes ſacerdotum & ſeniores populi aduerſus Ieſum,
vt eum morti traderent. Et vinctũ adduxerunt eum, &


tradiderũt Pontio Pilato præſidi. Tunc videns Iudas qui
tradidit eum, quòd damnatus eſſet: pœnitenti a ductus,
retulit triginta argenteos principibus ſacerdotũ & ſe ni-
oribus, dicens. S Peccaui tradens ſanguinem iuſtum.
C At illi dixerũt. S Quid ad nos? Tu videris. C Et pro-
iectis argenteis in templo, receſsit: & abiens laqueo ſe ſuſ-
pendit. Principes autẽ ſacerdotũ acceptis argenteis, di-
xerunt.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Et dederunt eos in agrum figuli, ſicut conſtituit mihi Do-
minus. Ieſus autem ſtetit ante præſidem. Et interrogauit
eum preſes, dicẽs. S Tu es rex Iudæorũ? C Dicit illi Ie-
ſus. ✠ Tu dicis. C Et cũ accuſaretur à principibus ſacer-
dotum, & ſenioribus, nihil reſpondit. Tunc dicit illi Pila-
tus. S Non audis quanta aduerſum te dicũt teſtimonia?
C Et non reſpõdit ei ad vllũ verbũ: ita vt miraretur præ-
ſes

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






S Nihil

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






illis Barabbam: Ie ſum autem flagellatum tradidit e is,
vt crucifigeretur. Tunc milites Præſidis ſuſcipientes Ieſum
in pre to ri ũ, congregauerunt ad e um vniuerſam cohor-
tem. Et exuentes e um, chlamydem coccineam circũde-
derunt e i. Et plectentes coronam de ſpinis, poſuerunt ſu-
per caput eius: & arundinem in dextera e ius. Et genu fle-
xo ante e um, illudebant e i, dicentes. S. Aue rex Iudæo-
rum.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





rum. C Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, &



percutiebant caput eius. Et poſtquam illuſerunt ei, exue-



runt eum chlamydem: & induerunt eum veſtimen-



tis eius, & duxerunt eum vt crucifigerent. Exeun-



tes autem, inuenerunt hominem Cyrenæũ nomine Simo-



nem, Hunc angariauerunt, vt tolleret crucem eius. Et ve-



nerũt in locũ qui dicitur Golgotha, quod eſt, Caluarię lo-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






magna, di cens. ✠ E li, E-
li, lammaſaba tha ni? C Hoc eſt. ✠ Deu s
me us, Deu s me us, vt quid dereliqui ſti
me? C Quidã autẽ il lic ſtantes, & audientes dicebant.
S Eliam vocat iſte. C Et continu ò currens vnus ex e is,
acceptam ſpongiam impleuit aceto, & impoſuit arundi-
ni: & dabat e i bibere. Ceteri verò dicebant. S Si ne, vi-



de a mus, an veniat Elias libe rans eum. C Ieſus autem



Hic pauſatur aliquatulum, & genu flectitur.

iterum clamans voce magna emiſit ſpiritum.





Et ecce velum templi ſciſſum eſt in



duas partes, à ſummo vſque de orſum.



Et terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aper-



ta ſunt; & multa corpora ſanctorum qui dormi erant ſur-



rexerunt. Et ex e untes de monumentis, poſt reſurrecti o

nem


nem eius, venerunt in ſanctam ciuitatem, & apparuerunt
multis. Centuri o autem & qui cum e o erant cuſtodien-
tes Ieſum, viſo terrę motu, & his quę fi e bant: timuerunt
valde, dicentes. S Verè filius De i erat iſte. C Erant au-
tem ibi mulieres multę à longè, quę ſecutę e rant Ieſum à
Ga li lę a, miniſtrantes e i: inter quas erat Ma ri a Magda-
lene, & Ma ri a Iacobi, & Ioſeph mater, & mater fi liorum

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Erant

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



Erãt autẽ ibi Maria Magdalene, & altera Maria, ſedentes

contra ſe pulchrum.

Hic dicitur, **Munda cor meum.** petitur benedictio, defertur incenſum ſine luminaribus, & incenſatur liber: non dicitur, **Dominus vobiſcum.** & Celebrans, aut Diaconus non ſignat librũ, neque ſeipſum: & quod ſequitur, cantatur in tono Euangelij: in cuius fine celebrans oſculatur librum, & incenſatur. Quæ omnia & in alijs Paſsionibus ſeruantur, præterquam Feria ſexta in Paraſceue.

ALtera autem die, quæ eſt poſt Paraſceuẽ, conuenerunt principes Sacerdotum & Phari ſæ i, ad Pilatum, dicentes. Domine, recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit adhuc viuens: Poſt tres dies reſurgam. Iu be ergo cu-

ſtodire

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Credo

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






non

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022







Offer-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



Offertorium.



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022








i, qui




Feria ſecunda ad Miſſam Introitus.

Iudi-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






 ego

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022.





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






cæli & terra glo ri a tu a. Hoſanna in excelſis. ¶ Bene-
dictus qui venit in no mine Domini. Hoſanna in excelſis.
AGnus De i, qui tollis pec ca ta mundi, mi-
ſe re re no bis. AGnus De i, qui tollis pec-
ca ta mundi, mi ſe re re no bis. AGnus De i,
qui tol lis pec ca ta mundi, dona nobis pacem.
Com mu- nio.
ERu be ſcant, & re ue re an tur ſi mul,

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






# FERIA TERTIA.

## AD MISSAM. INTROITVS.

Nos


O sa u te m glori a ri
o por te t in Cruce Do-
mini no ſtri Ie ſu Chri ſti: in quo eſt ſalus, vita, & re-
ſurre ecti o no ſtra: per quẽ ſalua ti, & li bera ti
ſu mus. Pſal.
E us miſereatur noſtri,
& benedi cat nobis: illuminet vultũ ſuũ ſuper nos, & miſere
a tur noſtri.
Reiteretur introitus. Nos autem.
Yri e e leiſon.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






nt, in due bam me ci li ci o,
& hu mi li a ba m in ie iu ni o
a ni ma m mea m, & ora tio me
a in ſi nu me o conuer-
te tu r. Verſus.
IV di ca Domine no cen tes me,
expu gna im pu-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






# FERIA TERTIA

## MAIORIS HEBDOMADÆ.

*Marci Capit. XIIII.*

Paſsio

PAſsi o Domini noſtri Ie ſu

Chriſti ſecundùm Marcum.

IN illo tempore: Erat Paſcha, & azyma poſt

biduũ: & quęrebant ſummi ſacerdotes & Scribæ quomo-

do Ieſum dolo tenerent, & occiderent. Di ce bãt autem.

S Non in di e feſto, ne fortè tumultus fieret in populo.

C Et cùm eſſet Ie ſus Bethani æ in domo Si monis le-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Sinite e am. Quid illi moleſti e ſtis? Bonum opus
operata eſt in me. Semper enim pauperes habetis vobiſ-
cum, & cùm volueritis, poteſtis illis benefacere. Me au-
tem non ſemper habebitis. Quod habuit hæc fecit: præ-
uenit vngere corpus meum in ſepulturam. Amen dico
vobis: vbicumque prædicatum fuerit euangelium iſtud
in vniuerſo mundo, & quod hæc fecit narrabitur in me-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






ſuis:


ſuis: & dixit e is. ✠ Ite in ciui ta tem, & occurret vobis
homo lagenam aquæ baiulans. Sequimini e um: & quo-
cumque intro i erit, dicite domino domus, qui a ma-
giſter di cit: Vbi eſt refectio me a, v bi Paſcha cum di-
ſcipulis me is manducem? Et ipſe vobis demonſtrabit
cœna cu lum gran de ſtra tum, & il lic parate no bis.
C. Et abi e runt diſcipuli e ius, & venerũt in ciuitatem,

& in-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






lius

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






præce-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






 nomen

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022








entes.


entes. Erant enim o cu li e orum graua ti, & ignorabant
quid reſponderēt e i. Et venit terti ô, & a it illis. ✠ Dor-
mi te iam, & requi eſcite. Suf fi cit. V enit hora, ecce fi-
lius hominis tradetur in manus peccatorum. Sur gi te
e a mus. Ecce qui me tradet, prope eſt. C Et adhuc
e o loquente, venit Iudas Iſcari o tes vnus de duodecim:
& cum illo turba multa cum gladijs & lignis, miſsi à ſum-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






&

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022







ueniens

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






ſtri


ſtri a la pis e um. cæde bant. Et cùm eſſet Pe trus in
a tri o de or ſum, ve nit v na ex an cil lis ſummi ſa cer-
dotis. Et cùm vidiſſet Petrum cale fa ci entem ſe, a ſpi-
ciens illum, a it. S Et tu cum Ie ſu Nazare no e ras.
C At ille negauit, dicens. S Neque ſci o, neque noui
quid di cas. C Et exi jt foras ante a trium: & gallus
cantauit. Rurſus autem cùm vidiſſet illũ ancilla, cœpit di-


cere circumſtãtibus: quia hic ex illis eſt. At ille iterũ nega-
uit. Et poſt puſillum rurſus qui aſtabant, dicebant Petro.
S Verè ex illis es, nam & Galilęus es. C Ille autẽ cœpit
anathematizare, & iurare: quia neſcio hominem iſtum,
quem dicitis. Et ſtatim gallus iterum cantauit. Et re-
cordatus eſt Petrus verbi, quod dixerat ei Ieſus:
Priuſquam gallus cantet bis, ter me negabis. Et cœpit fle-
re. Et


re. Et confeſtim, manè conſi li um faci ẽtes ſummi ſacer-
dotes cum ſe ni o ri bus & ſcribis, & vniuerſo concili o, vin-
ci entes Ieſum, du xe runt & tra di derunt Pi la to. Et in-
ter ro ga uit e um Pilatus. S Tu es Rex Iudæorum?
C At ille reſpondens, a it illi, ✠ Tu dicis. C Et accuſa-
bant e um ſummi ſa cer do tes in mul tis. Pilatus au tem
rurſum in ter ro ga uit e um, dicens. S Non re ſpon-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022.






Pila-


Pi la tus autem re ſpon dit e is, & di xit. S ſ Vul tis
dimittam vobis Regem Iudęorum? C Sciebat enim,
quòd per inuidiam tradidiſſent e um ſummi ſacerdotes.
Pon ti fi ces au tem con ci ta ue runt tur bam, vt ma-
gis Barabbam di mit te ret e is. Pi la tus autem iterum
reſpondens, ait illis. S ſ Quid ergo vultis faciam regi
Iudęorum? C At illi iterum clamauerunt. S Crucifi-


ge

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






coro-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022








trem

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Et


Et cum e o crucifixerunt duos latrones: vnum à dextris,
& a li um à ſiniſtris. Et impleta eſt ſcriptura quæ dicit: Et
cum i niquis reputatus eſt. Et prætere untes blaſphema-
bant eum, mouentes capita ſu a, & dicentes. S Vah,
qui deſtruis templum De i, & in tribus diebus re ædi ficas.
Saluum fac temetipſum, deſcendens de cruce. C Simi-
liter & ſummi ſacerdotes illudentes ad alterutrum cum

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





Hic pauſatur aliquantulũ, & genu flectitur.

ſus au tem, e miſſa vo ce magna, ex pi ra uit.



Et velum templi ſciſſum eſt in duo,

à ſummo vſque de orſum. Videns

autem Centuri o, qui ex aduer ſo ſtabat, qui a ſic cla-

mans ex pi raſſet, a it. S. Verè hic homo, fi li us De i

erat. C. Erãt autem & mu li e res de longè a ſpi ci en-

tes: in ter quas e rat Mari a Magdalene, & Mari a Ia-

cobi

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022








Pila-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Cuſto-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






e go ve rõ oratio nem me am ad te
Domi ne : tempus be ne pla ci ti
De us in mul ti tu di ne
mi ſe ri co rdi æ tu æ.
FERIA IIII. ad Miſſam.
Introitus.
IN no mi ne Ieſu omne ge nu fle-
cta tur, cæ le ſti ũ terre ſtri um, & in fer-
no rum : qui a Do minus factus eſt o be di ens
vſque




Non dicitur Gloria Patri: ſed reiteretur Introitus. Kyries. vt ſupra in feria ij. fol. 68. Graduale.






© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Do-


Tractus. DOmi ne,
ex a u di oratio nẽ me-
a m, & cla mor me u s a
d te ve ni a t. Verſus.
E a ue r tas
fa ci ẽ tu am à me: in qua cum-
que di e tri bu lo r, in cli na

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






# FERIA QVARTA.

## LVCAE CAPIT. XXII.

Paſ-

P Aſsi o Do mi ni noſtri Ie ſu
Chriſti: ſecundùm Lucam.

I N illo tempore: Appropinquabat di es
feſtus azymorum qui dicitur Paſcha: & querebant prin-
cipes ſacerdotum & Scribæ, quomodo Ieſum in terfice-
rent: timebant vero plebem. Intrauit autem Sathanas in
Iudam qui cognominabatur Iſcari o tes, vnum de duo-
decim:


decim: & abijt, & locutus eſt cum principibus ſacerdotũ,
& magiſtratibus, quẽadmodum illum traderet e is. Et
gauiſi ſunt: & pacti ſunt pecuniã illi dare. Et ſpopondit.
Et quærebat opportunitatẽ, vt traderet illum, ſine turbis.
Venit autẽ dies Azimorũ, in qua neceſſe e rat occidi Pa-
ſcha. Et mi ſit Petrum, & Ioannem, di cens. ✠ Eun-
tes para te nobis Paſcha, vt man du ce mus. C At

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






nerunt

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






vobis, quòd non bibam de generatione vitis, donec re-
gnum Dei veniat. C Et accepto pane, gratias egit, &
fregit, & dedit eis, dicens. ✠ Hoc eſt corpus meũ, quod
pro vobis datur. Hoc facite in meam cõmemoratio-
nem. C Similiter & calicẽ, poſt quam cœnauit, dicens.
✠ Hic eſt calix, nouum teſtamentum in ſanguine meo,
qui pro vobis effundetur. Verũtamen ecce manus tra-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






eos,

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






vt edatis & bibatis ſuper menſam meã in regno meo,
& ſedeatis ſuper thronos, iudicantes duodecim tribus
Iſrael. C Ait autem Dominus Simoni. ✝ Simon,
ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triti-
cum. Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides
tua: & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos.
C Qui dixit ei. S Domine; tecum paratus
ſum


ſum & in carcerem & in mortem i re. C At ille dixit.
✠ Dico tibi Petre; non canta bit ho di e gal lus, donec
ter abneges noſſe me. C Et dixit e is. ✠ Quando mi ſi
vos ſi ne ſac cu lo & pe ra, & cal ci a mentis: numquid
a liquid de fu it vo bis? C At il li dixerunt. S Ni-
hil. C Dixit ergo e is. ✠ Sed nunc, qui habet ſacculũ,
tollat, ſimiliter & pe ram. Et qũi non habet: vẽdat tuni-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






cùm


cùm perueniſſet ad locum, dixit il lis. ✠ Orate, ne in-
tretis in tenta ti o nem. C Et ipſe a uulſus eſt ab e is,
quantum ia ctus eſt la pi dis: & poſitis genibus orabat,
dicens. ✠ Pater, ſi vis, transfer calicem iſtum à me, ve-
rumtamen non mea voluntas, ſed tu a fi at. C Appa-
ruit autem illi angelus de cælo, confortans eum. Et fa-
ctus in a go ni a, pro li xi ùs o ra bat. Et factus eſt ſudor

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Ieſus

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Dixit autem Ieſus ad eos, qui venerant ad ſe principes ſa-
cerdotum, & magiſtratus templi, & ſeni ores. ✠ Quaſi
ad latronem exiſtis cum gladijs & fuſtibus? Cùm quo-
ti di e vobiſcum fuerim in templo, nón extendiſtis ma-
nus in me. Sed hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebra-
rum. C Comprehendẽtes autẽ eum, duxerũt ad domũ
principis ſacerdotũ. Petrus verò ſequebatur à longè. Ac-
cenſo


cenſo autem igne in medi o atri j, & circumſedentibus
illis, e rat Petrus in medi o e orum. Quem cùm vidiſſet
ancilla quædam ſedentẽ ad lumen, & eum fuiſſet intui ta,
di xit. S Et hic cum il lo e rat. C At il le negauit
eum, dicẽs. S Mulier, non noui illum. C Et poſt puſil-
lum a li us videns eum, dixit. S Et tu de illis es. C Petrus
verò a it. S O homo, non ſum. C Et interual lo facto,

quaſi

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022.





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Si vobis dixero, non credetis mihi: ſi aut em & interro-
-gauero, non reſpondebitis mihi, neque dimittetis. Ex
hoc autem erit filius hominis ſedens à dextris virtutis
Dei. C Dixerunt autem omnes. S Tu ergo es filius
Dei? C Qui ait. ✠ Vos dicitis, quia ego ſum. C At
illi dixerunt. S Quid adhuc deſideramus teſtimoniū?
Ipſi enim audiuimus de ore eius. C Et ſurgens omnis


multitudo e orum, duxerunt illum ad Pi latum. Cœpe-
runt autem accuſare illum, dicentes. S Hunc in ueni-
mus ſubuertentem gentem noſtram, & prohibentem tri-
buta dari Cęſari, & dicentem ſe Chriſtum regem eſſe,
C Pilatus autem in ter.rogauit e um, dicens. S Tu es
rex Iudę o rum? C At il le reſpondens a it. ✠ Tu dicis.
C A it autem Pi la tus ad principes ſacerdotũ, & turbas.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022.





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






ecce, ni hil dignum morte actum eſt ẽ i. Emendatum
ergo illum dimittam. C Neceſſe autem habebat di-
mittere e is per diem feſtum, vnũ. Ex clamauit autem
ſimul vniuerſa turba, dicens. S Tolle hunc, & dimitte
nobis Barabbam. C Qui erat propter ſediti onẽ quam-
dam factam in ciuitate, & homicidium, miſſus in carce-
rem. Iterum autem Pilatus locutus eſt ad eos, volens di-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






tem


tem illis eum, qui propter homicidium & ſe di tionem
miſſus fue rat in car ce rem: quem petebant. Ieſum verò
tradidit voluntati e orum. Et cùm duceret e um, appre-
henderunt Simonem quẽdam Cyrenenſem, venientem
de villa: & impoſuerunt illi crucem portare poſt Ieſum.
Sequebatur autẽ illum multa turba populi, & mulierum,
quæ plangebant & lamẽtabãtur eum. Conuerſus autem

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022.






tur autē & alij duo nequam cum e o, vt interficerentur.
Et poſtquam venerunt in locum qui vocatur Caluari æ,
ibi crucifixerunt e um, & latrones: vnum à dextris, & al-
terum à ſi niſtris. Ieſus autē dicebat. ✠ Pater, dimitte
il lis: non enim ſciunt quid fa ci unt. C. Diuidentes
verò veſtimenta e ius, miſerunt ſortes. Et ſtabat popu-
lus ſpectans, & deri debant eum principes cum e is; di-
centes.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Videns



Videns autem Centurio quod factum fuerat, glorificauit Deum, dicens. S Verè hic homo iuſtus erat. C Et omnis turba eorum qui ſimul aderant ad ſpectaculũ iſtud, & videbãt quæ fiebant: percutiẽtes pectora ſua, reuertebãtur. Stabant autẽ omnes noti eius à lõgè: & mulieres, quæ ſecutæ erant eum à Galilæa, hæc videntes.

Quod ſequitur cantatur in tono Euangelij & alia fiunt vt ſupra in Dominica.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022








Sanctus. Et Agnus: vt ſupra in feria ſecunda. fol. 72.
Communio.




# FERIA QVINTA

## IN COENA DOMINI

### AD MISSAM

#### INTROITVS


N
O sa ute m gloria ri
o po r tet in cruce Do mi-
ni no ſtri Ie ſu Chri ſti: in quo eſt ſa lus, vi ta, & re-
ſurre ctio no ſtra, per quem ſalua ti & li be ra-
ti ſu mus. P.
D
Eus miſere a-
tur no ſtri, & be ne di cat no bis: il lu minet vultum
ſuum ſu per nos, & mi ſe re a tur no ſtri.
Reſurrexit Introitus. Nos autem.


K Yrie e le iſon.
K Yri e e le iſon.
K Y-
rie e le iſon.
C Hriſte
e le iſon.
C Hri ſte e-
le i ſon.
C Chriſte e le iſon.
K Yri e e le iſon.
K Yri e e le iſon.
K Y-
rie

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






ſu Chri ſte. Domine Deus, agnus Dei, Fi li us
Pa tris Qui tollis peccata mundi, mi ſe re re no-
bis. Qui tollis peccata mundi, ſuſ ci pe deprecationem
noſtram. Qui ſedes ad dexteram patris, mi ſe re re nobis.
Quoniam tu ſolus ſanctus. Tu ſolus Do mi nus. Tu ſolus
Altiſsimus Ie ſu Chri ſte. Cum ſancto ſpi-
ri tu, in glo ri a Dei pa tris. A men.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






D exte-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Bene-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022








¶ Finita Miſſa: fit proceſsio cum ſacramento. Interea dum fit proceſsio: cantatur Hymnus. P ange lingua glorioſi corporis myſterium. & poſt proceſsioné in choro dicantur Veſpere ſine cantu vt infra fol. hora competenti: facto ſigno cum tabula: conueniunt Clerici ad faciendum mandatum. Et cantato à Diacono Euangelio: A nte diem feſtum Paſche. vt in Miſſali fit lotio pedum. Et interim hæc ſubſcripta cantantur. Antiphona.




Pſal.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022.





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






ſancta,


ſa ncta Tri nitas, atque in di ui ſa v ni tas, confi-
te bimur e i, qui a fe cit no biſ cum miſericor-
diã ſuam. ℣. Benedicamus Patrẽ, & Fi li um cum ſancto
Spiritu. Pſal. Quã dilecta tabernacula tua Domine vir-
tutũ: cõcupiſcit & deficit anima mea in atria Dñi. Aña.
V Bi charitas & amor, De us i bi eſt.
Verſus. Con gre ga uit nos in v num Chriſti a mor.


℣. Exultemus, & in ip ſo iu cun demur. ℣. Timeamus,
& amemus Deum viuum. ℣. Et ex corde dili gamus
nos ſynce ro.
Et repeti- tur Anti- phona.
V Bi charitas & amor,
De us i bi eſt. ℣. Simul ergo cùm in v nũ cõgregamur.
℣. Ne nos mente diuidamur, caue a mus. ℣. Ceſſent
iurgia maligna, ceſſent li tes. ℣. Et in medi o noſtri ſit
Chriſtus Deus.
Et repeti- tur Anti- phona.
V Bi charitas &
amor

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022.





amor, De us i bi eſt. ℣. Si mul quoque, cum bea-



tis vi de a mus. ℣. Glo ri antur vultum tuum, Chriſte



De us. ℣. Gau di ũ quod eſt im mẽſum, atque probum.



℣. Sæcu la per in fi ni ta, ſæ cu lo rum, Amen.

¶ Poſt lotionem, Superior, vel qui alijs abluit pedes, lauat manus, & abſtergit alio linteo: deinde rediens ad locum, vbi prius fuerat, accipit pluuiale, & ſtans capite detecto dicit, Pater noſter. ſecreto. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. Tu mandaſti mãdata tua, Dñe. ℟. Cuſtodiri nimis. ℣. Tu lauaſti pedes diſcipulorũ tuorum. ℟. Opera manũum tuarum ne deſpicias. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcũ. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus. Oratio.

ADeſto Domine, quæſumus, officio ſeruitutis noſtrę: & quia tu diſcipulis tuis pedes lauare dignatus es, ne deſpicias opera manuum tuarum, quæ nobis retinenda mandaſti: vt ſicut hic nobis

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



& à nobis exteriora abluuntur inquinamēta: ſic à te omnium noſtrum interiora lauētur peccata: Quod ipſe præſtare digneris, qui viuis & regnas Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

# FERIA SEXTA

## IN PARASCEVE.

Finita Nona, Sacerdos & miniſtri procedunt ad Altare vt dicitur in Miſſali: Et cantata Prophetia, Hæc dicit Dominus. In tribulatione ſua. cantatur à choro ſequens Tractus.



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022.





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022.






pecca to ri s: & ab homi nibus ini-
qui s li be ra me. ℣. Q Vi co-
gi ta ue runt ſupplantare
gre ſſus me o s: abſconderunt ſu-
pe r bi la queum mi hi. ℣.
ET fu nes exten derunt in la-
queum pe dibus me-
is: &

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Iudas ergo cùm accepiſſet cohortem, & à Pontificibus
& Phariſæis miniſtros: venit illuc cũ laternis, & facibus,
& armis. Ieſus itaque ſciens omnia, quæ ventura erant
ſuper eum: proceſsit, & dixit eis. ✠ Quem quæritis?
C Reſponderunt ei. S Ieſum Nazarenum. C Dixit
eis Ieſus. ✠ Ego ſum. C Stabat autem & Iudas,
qui tradebat eum, cum ipſis. Vt ergo dixit eis, ego


ſum: abi e runt retrorſum, & ceciderunt in terram. Ite-
rum ergo e os interrogauit. ✠ Quem quæritis? C Illi
autem dixerunt. S Ieſum Nazarenum. C Reſpon-
dit Ieſus. ✠ Dixi vobis, qui a e go ſum. Si ergo
me quæritis, ſinite hos a bi re. C Vt impleretur ſer-
mo, quem dixit: quia quos dediſti mihi, non perdidi ex
e is quemquam. Simon ergo Petrus habens gladium,


eduxit eum: & percuſsit Pontificis ſeruum: & abſcidit
auriculam eius dexteram. Erat au-tem nomen ſeruo
Malchus. Dixit ergo Ieſus Petro. ✠ Mitte gladium tu-
-um in vaginam. Calicem, quem dedit mihi Pater, non
vis vt bibam illum? C Cohors ergo & tribunus &
miniſtri Iudæorum cõprehenderũt Ieſum, & ligauerunt
-e um: & adduxerunt e um ad Annam primum. Erat


enim ſocer Ca i phæ, qui erat pontifex anni il lius. Erat
autem Caiphas: qui conſilium dederat Iudæis: quia ex-
pedit vnum hominem mori pro populo. Seque ba tur
autem Ieſum Simon Petrus: & a lius diſcipulus. Diſci-
pulus autem il le e rat notus pontifici: & introiuit cum
Ieſu in a trium pontificis. Petrus autẽ ſtabat ad o ſtium
foris . Exiuit ergo diſcipulus il le qui erat notus pon ti-


fici: & dixit oſti ariæ: & introduxit Petrum. Dixit ergo
Petro ancilla oſti a ri a. S Numquid & tu ex diſcipu-
lis es hominis i ſti us? C Dicit ille. S Non ſum.
C Stabant autem ſer ui & mini ſtri ad prunas, quia fri-
gus e rat: & calefaci ebant ſe. Erat autem cum eis &
Petrus ſtans: & calefaci ens ſe. Pontifex ergo interroga-
uit Ieſum de diſcipulis ſuis: & de doctrina eius. Reſpō-


dit e i Ieſus. ✠ Ego palam locutus ſum mundo. Ego
ſemper do cu i in Sy na go ga, & in templo, quo om-
nes Iu dæ i conueniũt: & in occulto locutus ſum nihil.
Quid me interrogas? Interroga e os, qui audierũt quid
locutus ſum ipſis. Ecce, hi ſciunt quæ di xerim e go.
C Hæc autem cùm dixiſſet, vnus aſsiſtens miniſtrorum
de dit alapam Ieſu, dicens. S. Sic reſpondes pon ti fi ci?

C Re-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






e ius, cuius abſcidit Petrus auriculam. S Nonne ego
te vidi in horto cum illo? C Iterum ergo negauit Pe-
trus: & ſtatim gallus cantauit. Adducunt ergo Ieſum
à Caipha in prætorium. Erat autem manè. Et ipſi non
introierunt in prætoriũ, vt non contaminarentur: ſed vt
manducarent Paſcha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras,
& dixit. S Quam accuſationẽ affertis aduerſus hominẽ
hunc?


hunc? C Reſponderunt: & dixerunt ei. S Si non eſſet
hic malefactor, non tibi tradidiſſemus e um. C Dixit
ergo e is Pilatus. S Accipite eum vos: & ſecundũ
legem veſtram iudicate e um. C Dixerunt ergo e i
Iu dæ i. S Nobis non licet interficere quenquam.
C Vt ſermo Ieſu imple re tur quem dixit, ſigni ficans
qua morte eſſet moriturus. Intro i uit ergo i te rũ Pila-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






ſtri

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022








C Et

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



C Et cum hoc dixiſſet, iterum exiuit ad Iudæos,

& dicit eis. S Ego nullam inuenio in eo cauſam.

Eſt autem cōſuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in

Paſcha. Vultis ergo dimittā vobis regē Iudeorū? C Cla-

mauerunt rurſum omnes, dicentes. S Non hunc, ſed

Barabbam. C Erat autē Barabbas latro. Tunc ergo ap-

præhēdit Pilatus Ieſum, & flagellauit. Et milites plecten-

tes

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022








Et

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






 eſſet

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Hebra i cæ autem Gabbatha. Erat autem Paraſceue Pa-
ſchę hora quaſi ſexta. Et dicit Iudæis. S Ecce rex ve-
ſter. C Illi autem clamabant. S Tolle, tolle, crucifige
eum. C Dicit e is Pilatus. S Regem veſtrum cruci-
figam? C Reſponderunt pontifices. S Non habemus
regem, niſi Cæſarem. C Tunc ergo tradidit e is illum,
vt crucifigeretur. Suſceperunt autem Ieſum: & eduxe-

 runt.


runt. Et baiulans ſibi crucem, exiuit in e um qui dicitur
Caluari ę locum: Hebraicè autem Golgotha: vbi cruci-
fixerunt eum: & cum e o a li os duos hinc & hinc, mediũ
autẽ Ieſũ. Scripſit autẽ & titulum Pilatus: & poſuit ſuper
crucem. Erat autem ſcriptum. Ieſus Nazarenus, Rex Iu-
dæorum. Hunc ergo titulum multi Iudęorum legerunt:
quia prope ciuitatem erat locus, vbi crucifixus eſt Ieſus.

Et

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Dixe-


Dixerunt ergo adinuicem. S Non ſcindamus eam,
ſed ſortiamur de illa cuius ſit. C Vt ſcriptura imple-
retur, dicens. Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi: & in veſtē
meam miſerunt ſortē. Et milites quidē hæc fecerunt. Sta-
bant autem iuxta crucem Ieſu mater eius: & ſoror matris
eius: Maria Cleophæ: & Maria Magdalene. Cū vidiſſet
ergo Ieſus matrē & diſcipulū ſtantē, quem diligebat, dicit

matri

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



matri ſuæ. ✠ Mulier, ecce fi li us tu us. C Deinde di-

cit diſcipulo. ✠ Ecce mater tu a. C Et ex illa hora ac-

cepit e am diſci pu lus in ſu a. Poſte a ſciens Ie ſus

quia iam omni a cõſummata ſunt, vt cõſummaretur ſcri-

ptura: dicit. ✠ Si ti o. C Vas ergo poſitum erat aceto

plenum. Illi autem ſpongiam plenam aceto: hyſſopo

circũponentes, obtulerũt o ri e ius. Cũm ergo accepiſſet

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



Ieſus acetum: di xit. ✠ Conſummatum eſt. C Et

Hic pauſatur aliquãtulum, & genufle-ctitur.

in cli na to capi te tra di dit ſpi ri tum.



Iudæi ergo, quoniã Paraſceue erat:

vt non remanerẽt in cruce corpora

ſabbatho, (erat enim magnus di es ille ſabbathi) rogauerũt

Pilatũ: vt frangerẽtur eorũ crura, & tollerentur. Venerũt

ergo milites: & primi quidẽ fregerũt crura, & alterius qui

cru-


crucifixus eſt cum e o. Ad Ieſum autẽ cùm veniſſent, vt
viderunt eum iam mortuũ: non fregerũt e ius crura, ſed
vnus militum lance a latus eius aperuit, & continuo exi-
uit ſanguis & aqua. Et qui vidit, teſtimonium perhibuit:
& verum eſt teſtimonium e ius. Et ille ſcit qui a vera
dicit, vt & vos credatis. Facta ſunt enim hæc, vt ſcriptura
impleretur. Os non comminuetis ex e o. Et iterũ ali a

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



ſcriptura dicit. Videbũt in quẽ tranſ fi xe runt.

Quod ſequitur legitur in tono Euangelij, & dicitur. **Munda cor meum,** ſed non petitur benedictio; & celebrans in fine non oſculatur librum.

POſt hæc autem rogauit Pilatũ Ioſeph ab Arimathæ a: (eo quòd eſſet diſcipulus Ieſu, occultus autem propter metũ Iudæorũ.) vt tolleret corpus Ie ſu. Et permiſit Pila tus. Venit ergo, & tulit corpus Ie ſu. Venit autẽ & Nicodemus, qui venerat ad Ieſum nocte primùm: ferens miſturam myrrhæ & aloes


a lo es quaſi libras cen tum. Acceperunt ergo, corpus
Ieſu, & ligauerunt illud linte is cũ aromatibus: ſicut mos
eſt Iu dæ is ſepe li re. Erat autem in loco vbi cruci-
fi xus eſt, hortus: & in horto monumentum nouum, in
quo nondum quiſquam poſitus e rat. I bi ergo pro-
pter Paraſceuen Iudæ orum, qui a iuxta e rat monu-
mentum, poſu erunt Ieſum.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022.



Cõpletis Orationibꝰ: Sacerdos depoſita caſula, procedit ad cornu Epiſtolę; & ibi in poſteriori parte anguli Altaris accipit, à Diacono Crucẽ iam in altari præparatã: quã verſa facie ad Populũ, à ſũmitate parũ diſcooperit, incipiẽs ſolus Añam.







Ac deinceps in reliquis iuuatur in cantu à miniſtris, Choro verò Reſpondet.




Et omnes ſe proſternunt (excepto celebrante.) De inde procedit ad anteriorem partem anguli eiuſdem cornu Epiſtolæ: & diſcooperiens brachium dextrum Crucis, eleuanſque eam pauliſper, altiùs quam primò incipit. Antiphonã.







Chorus, Reſpondet.

Veni-




Alijs cantantibus, & adorantibus, vt ſupra. Deinde ſacerdos procedit ad medium Altaris: & diſcooperiens Crucem totaliter: ac eleuans eam, tertiò altius incipit.

Antiphona.







Chorus Reſpondet.




Interim dũ fit adoratio Crucis: cãtantur impreperia: & alia que ſequũtur, totaliter, vel in parte: prout multitudo adorãtiũ: vel paucitas requirit: hec modo. Duo Cantores cãtant in medio Chori ℣. Popule meus. vſque ad Agios Otheos. ℣.




aut in quo contriſta uite, reſponde mi hi. ℣.
Quia e du xi te de te rra E-
gypti: pa ra ſti cru cem Saluatori tu o.
Vnus Chorus cãtat.
Agi o s o the os.
Alius Chorus reſpondet.
Sanctu s
De us.
Primus Chorus.
Agi o s iſchy ros.
Secundus Chorus.
Sanctu s fo tis.
Primus Chorus.
Agi o s athana-
to s, ele i ſo n i ma s.
Secundus Chorus.
San-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022














¶ Item Chori alternatim reſpondent. Agios o theos: Sanctus. &c.

¶ Verſus ſequentes improperij: à duobus Cantoribus alternatim cantatur, vtroque Choro ſimul repetente poſt quemlibet verſum. Popule meus. vſque ad. Quia eduxi te de terra Egypti.



¶ Duo de ſecundo Choro cantatur. Verſus. E go







Chorus repetit. Popule meus. Duo de primo Choro.



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Chorus. Popu-le meus. Duo de primo Cho-ro.
ce ci di ſti a lapi s & fla gel lis. ℣.
E go te po ta ui a qua ſa lu tis de petra: & tu
Chorus. Po-pule meus. Duo de ſecun-do Choro.
me po ta ſti fel le & a ce to. ℣.
E go propter te. Chana næ o rum re ges per cuſsi,
Chorus. Popu-le meus. Duo de primo Cho-ro.
& tu percuſsi ſti a rundi ne caput meum. ℣.
E go de di ti bi ſce ptum re gale: & tu dedi-
Chorus. Po-pule meus. Duo de ſecun-do Choro.
ſti capi ti meo ſpi ne a m co ro nam. ℣.

Ego

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






nos: & mi ſe re a tur noſtri.
Et Repetitur immediate Antiphona, Crucem tuam. Poſtea cantatur. Verſus.
CRux fidelis, inter omnes, arbor vna nobilis:
nulla ſilua talem profert: fronde, flore, germine.
Dulce lignũ, dulces clauos, dulce pondus ſu ſtinet. Hym.
PAnge lingua glori o ſi præli um certa-
mini s, & ſuper crucis trophæum dic tri umphum no-
bi le m: qua li ter Re demptor orbis,

qua-




Repetitur Crux fidelis. vſque: Dulce lignum. Et ſic fit quoties repetitur Crux fidelis.

De parentis protoplaſti
Fraude factor condolens,
Quando pomi noxialis
Morſu in mortem corruit:
Ipſe lignum tunc notauit,
Damna ligni vt ſolueret.

Repetitur. Dulce lignum.

Hoc opus noſtræ ſalutis
Ordo depopoſcerat,
Multiformis proditoris
Ars vt artem falleret,
Et medelam ferret inde,
Hoſtis vnde læſerat.

Repetitur Crux fidelis.

Quando venit ergo ſacri
Plenitudo temporis:
Miſſus eſt ab arce patris,
Natus, orbis conditor,
Atque ventre virginali
Caro factus prodijt.

Repetitur. Dulce lignum.

Vagit infans inter arcta
Conditus præſepia:
Membra pannis inuoluta
Virgo mater alligat,
Et manus, pedeſque, crura
Stricta cingit faſcia.

Repetitur Crux fidelis.

¶ Alius Hymnus.






© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022.









Repetitur. Dulce lignum.
Hic acetum, fel, arundo,
Sputa, claui, lancea:
Mite corpus perforatur,
Sanguis vnda profluit,
Terra pontus, aſtra, mundus,
Quo lauantur flumine.
Repetitur Crux fidelis.
Flecte ramos arbor alta,
Tenſa laxa viſcera,
Et rigor lenteſcat ille,
Quem dedit natiuitas:
Vt ſuperni membra Regis
Miti tendas ſtipite.
Repetitur. Dulce lignum.
Sola digna tu fuiſti
Ferre ſæcli prætium,
Atque portum præparare
Nauta mundo naufrago:
Quem ſacer cruor perunxit,
Fuſus Agni corpore.
Repetitur. Crux fidelis.
Gloria & honor Deo
Vſquequaque altiſsimo,
Vna Patri, Filioque,
Inclyto Paraclyto,
Cui laus eſt & poteſtas,
Per æterna ſæcula. Amen.
Repetitur. Dulce lignum.

¶ Facta adoratione Crucis, in reuerſione Proceſsionis cum Sacramento ad altare: cantatur ſequens Hymnus.

¶ Hymnus.



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Quo vulneratus inſuper
Mucrone diro lanceæ,
Vt nos lauaret crimine,
Manauit vnda, & ſanguine.
Impleta ſunt que concinit
Dauid fideli carmine,
Dicens, In nationibus,
Regnauit à ligno Deus.
Arbor decora & fulgida,
Ornata Regis purpura,
Electa digno ſtipite
Tam ſancta membra tãgere.
Beata, cuius brachijs
Sæcli pependit pretium,
Statera facta corporis,
Prædamque tulit tartari.
O crux aueſpes vnica,
Hoc paſsionis tempore,
Auge pijs iuſtitiam,
Reiſque dona veniam.
Te ſumma Deus Trinitas,
Collaudet omnis ſpiritus:
Quos per crucis myſterium
Saluas, rege per ſæcula.
Amen.

¶ Poſt Communionem in Choro dicuntur Veſpere ſine cantu: vt in Feria quinta. fol. liiij.

Ad Magnificat Antiphona.
Cum accepiſſet acetum dixit: Conſummatum eſt: & inclinato capite emiſit ſpiritum.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



# SABBATO SANCTO.

POſt benedictionem ignis & incenſi : cum Diaconus ingreſſus eſt Eccleſiam: inclinat arundinem:& Acolithus deferens candelam accenſam de nouo igne: accendit vnam ex illis tribus candelis deſuper poſitis:& Diaconus eleuans arundinem genuflectit: ſimiliter & omnes alij cum eo: ( Præter ſubdiaconum crucem deferentem ) cantat ſolus.




Chorus reſpondet.




Deinde procedit ad medium Eccleſiæ, ibi accēditur alia candela, & iterum genuflectitur vt ſupra cantat altius.




Chorus reſpondet.




Tertium procedit ante altare, vbi accēditur tertia cādela, & rurſus genuflexus vt prius adhuc altius dicit.




Chorus reſpondet.




¶ Deinde ſurgētibus & ſtantibus omnibus: Diaconus cātat benedictionē cerei Paſchalis: vt in Miſſali. Qua completa: leguntur Prophetiæ ſine titulo. Poſt quartam Prophetiam. In diebus illis: Factum eſt, &c. cantatur ſequens Tractus.

ante

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Poſt octauam Prophetiam: Apprehendent &c. cantatur ſequens Tractus.




Poſt vndecimam Prophetiam. In diebus illis Scripſit Moyſes, &c. cantatur ſequens Tractus.

S v

A tten-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022.






x ſuper fæ num: qui a no-
men Do mi ni inuo ca bo. ℣.
A te magni tu di nem De o no-
ſtro: Deus, vera opera e iu
s, & om ne vi æ e ius iudi ci-
a. ℣.
E us fide li-
s, in quo no n eſt i ni quita s: iu ſtu-

s&

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






ante







Deinde dicitur bene-dictio fontis: vt in Miſſali: Qua finita, dicuntur Litaniæ, vt infra.

¶ Vbi vero non ſunt fontes baptiſmales finita vltima Prophetia cum ſua oratione cantantur Litaniæ ſine Tractu: **Sicut ceruus.** Litaniȩ cantantur in medio chori à duobus Cantoribus, vtroque choro flexis genibus idem ſimul reſpondente.




T Chri-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Sancta Dei genitrix, ora.
Sancta virgo Virginum, ora.
Sancte Michael, ora.
Sancte Gabriel, ora.
Sancte Raphael: ora.
Omnes ſancti Angeli & Archangeli, orate pro nobis.

Omnes

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



Omnes ſancti beatorũ ſpirituum ordines, orate pro.
Sancte Ioãnes Baptiſta. ora.
Omnes ſancti Patriarchæ & Prophetæ, orate pro nobis.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Ioannes, ora.
Omnes ſancti Apoſtoli & Euãgeliſtæ, orate pro.
Omnes ſancti diſcipuli Domini, orate pro nobis.
Sancte Stephane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Omnes ſancti Martyres. ora.
Sancte Silueſter, ora.
Sancte Gregori, ora.
Sancte Auguſtine, ora.
Omnes ſancti Pontifices, & Confeſſores, orate.
Omnes ſancti Doctores, orate pro nobis,
Sancte Antonij, ora.
Sancte benedicte, ora.
Sancte Dominice, ora.
Sancte Franciſce, ora.
Omnes ſancti Sacerdotes, & Leuitæ, orate pro nobis.
Omnes ſancti Monachi & Eremitæ, orate pro nobis.
Sancta Maria Magdalena. ora pro nobis,
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcilia, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Anaſtaſia, ora.
Omnes ſanctæ virgines & viduæ, orate pro nobis.
Omnes ſancti & ſanctæ Dei, Intercedite pro nobis.






© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



Ab omni malo. libera nos Domine.

Ab omni peccato. libera nos Domine.

A morte perpetua. libera nos Domine.

Per myſterium ſancte incarnationis tuæ. libera nos Dñe.

Per Aduentum tuum. libera nos Domine.

Per Natiuitatẽ tuam. libera nos Domine.

Per Baptiſmum & ſanctum ieiunium tuum. libera nos Domine.

Per crucem & paſsionem tuam. libera nos Dñe.

Per mortem & ſepulturam tuam. libera nos Dñe.

Per ſanctã Reſurrectionem tuam. libera nos Dñe.

Per admirabilẽ Aſceſionem tuam. libera nos Domine.

Per Aduentum Spiritus ſancti paracliti. libera.

In die iudicij. libera.



Peccatores, te rogamus audi nos. Vt nobis parcas.



te rogamus audi nos.

Vt Eccleſiam tuam ſanctam regere & conſeruare digneris. te rogamus audi nos.

Vt domnum Apoſtolicum, & omnes Eccleſiaſticos ordines in ſancta religione conſeruare digneris. te rogamus audi nos.

Vt inimicos ſancte Eccleſiæ humilia re digneris. te rogamus audi nos.

Vt Regibus & Principibus Chriſtianis, pacem & veram concordiam donare digneris. te rogamus audi nos.

Vt

Vt noſmetipſos in tuo ſancto ſeruitio confortare & cõſeruare digneris: te rogamus audi nos.

Vt omnibus benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribuas, te rogamus audi nos.

Vt fructus terre dare & conſeruare digneris. te rogamus audi nos.

Vt omnibus fidelibus defũctis requiem æternam donare digneris: te rogamus.

Vt nos exaudire digneris. te rogamus audi nos.



Agnus Dei qui tollis peccata mũdi parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Dñe,
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.
Christe audi nos. Christe exaudi nos.

¶ Hic Cantores ſolemniter incipiunt.






© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022









Et ſtatim Sacerdos incipit ſolemniter. **Gloria in excelſis Deo.** Et pulſantur campane.

¶ Finita Epiſtola: Celebrās incipit.

Alle-


A Lle lu ia.
Et totũ decātatter, eleuando vocē gradatim: & Chorus poſtqualibet vicem in eadē voce repetit illud idem. vt infra.
A Lle lu ia.
A Lle lu ia.
Poſtea Chorus proſequitur ℣.
COnfitemini Do mi no,
quo niam bo nus: quo niam i n ſæ-
cu lum mi ſe ri co rdi a e ius.
Deinde dicitur ſequens Tractus
LAuda te Do mi-
num


nu m om ne s ge nte s: & col la u-
da te e u m om nes po-
pu li. ℣. Q Voniam con-
firma ta eſt ſu per no s mi ſe ri co r-
di a e iu s: & ve ri ta s
Do mi ni ma ne t in æ te-
nu m.

¶ Poſt Euãgelium non dicitur Credo, nec Offertorium, ſed dicitur Sanctus. vt in Feria quinta, & non dicitur Agnus Dei: nec Poſtcõmunio.

¶ Poſt ſumptionem Sacramenti: pro Veſperis in Choro cantatur Antiphona Alleluia alleluia, alleluia. Et Pſalmus. Laudate Dominum omnes gentes. cum Gloria patri, & Sicut erat. Poſt quem repetitur eadem. Antiphona.



ALle luia al le lu ia alle lu ia.



Pſal. Lauda te Dominum omnes.

¶ Capitulum. Hymnus, & Verſus non dicuntur, ſed ſtatim Sacerdos in cãtu incipit ad Magnificat Antiphonam ſequentem. Antiphona.



VEſpe re autem ſabbathi.

Et proſequitur. Chorus.



QVe luceſcit in prima ſabbathi: venit Maria



Magdale ne, & altera Maria, vi de re ſe pulchrum




Deinde cantatur Magnificat cum Gloria patri; & Sicut erat: in tono ſequenti.




Et repetitur Antiphona. Sacerdos dicit Orationem: qua finita Diaconus cantat. Ite Miſſa eſt. alleluia, alleluia. Et Chorus reſpondet.







# EXPLICIT FELICITER,

LIBER MISSARVM CVM OMNIBVS

*Requiſitis totius hebdomadæ ſanctæ.*

MATRITI.

Ex Typographia Regia, anno Domini. 1616.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



# FERIA QVINTA
## IN COENA DOMINI.

### AD MATVTINVM: IN PRIMO NOCTVRNO: ANTIPHONA.




**Pſalmus 68.**

SAluũ me fac Deus: quoniã intrauerunt aquæ vſque ad animã meam.

Infixus ſum in limo profundi: & non eſt ſubſtantia.

Veni in altitudinem maris: & tempeſtas demerſit me.

Laboraui clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ: defecerunt oculi mei, dum ſpero in Deum meum.

Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei: qui ode-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



runt me gratis.

Confortati ſunt, que perſecuti ſunt me, inimici mei in iuſtè: quæ non rapui, tūc exoluebam.

Deus tu ſcis inſipientiam meam: & delicta mea à te non ſunt abſcondita.

Non erubeſcant in me, qui expectant te Domine: Domine virtutum.

Non confundantur ſuper me: qui quærunt te, Deus Iſrael.

Quoniam propter te ſuſtinui opprobrium: operuit confuſio faciem meam.

Extraneus factus ſum fratribus meis: & peregrinus filijs matris meæ.

Quoniam zelus domus tuæ comedit me: & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me.

Et operui in ieiunio animam meam: & factum eſt in opprobrium mihi.

Et poſui veſtimētum meum cilicium: & factus ſum illis in parabolam.

Aduerſum me loquebantur qui ſedebant in porta: & in me pſallebant qui bibebāt vinum.

Ego verò orationem meam ad te Domine: tempus beneplaciti Deus.

In multitudine miſericordię tuæ exaudi me: in veritate ſalutis tuæ.

Eripe me de luto, vt non infigar: libera me ab his qui oderunt me, & de profundis aquarum.

Non me demergat tempeſtas aquæ, neque abſorbeat me profundum: neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum.

Exaudi me Domine, quoniam benigna eſt miſericordia tua: ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum reſpice in me.

Et ne auertas faciem tuam à puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me.

Intende animæ meæ, & libera eam: propter inimicos meos eripe me.

Tu ſcis improperium meū, & confuſionem meam: &

reue-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



reuerentiam meam.

In conſpectu tuo ſunt omnes qui tribulant me: improperiũ expectauit cor meum & miſeriam.

Et ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur, & non fuit: & qui conſolaretur, & non inueni.

Et dederunt in eſcam meam fel: & in ſiti mea potauerunt me aceto.

Fiat menſa eorum corã ipſis in laqueum: & in retributiones, & in ſcandalum.

Obſcurentur oculi eorum ne videant: & dorſum eorum ſemper incurua.

Effunde ſuper eos iram tuã: & furor iræ tuæ comprehendat eos.

Fiat habitatio eorum deſerta: & in tabernaculis eorum non ſit qui in habitet.

Quoniam quem tu percuſsiſti, perſecuti ſunt: & ſuper dolorem vulnerũ meorum addiderunt.

Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum: & non intrent in iuſtitiam tuam.

Deleantur de libro viuentium: & cum iuſtis non ſcribantur.

Ego ſum pauper & dolens: ſalus tua Deus ſuſcepit me.

Laudabo nomen Dei cum cantico: & magnificabo eum in laude.

Et placebit Deo ſuper vitulum nouellum: cornua producentem & vngulas.

Videant pauperes & lætentur: quærite Deum, & viuet anima veſtra.

Quoniam exaudiuit pauperes Dominus: & vinctos ſuos non deſpexit.

Laudent illum cæli & terra: mare & omnia reptilia in eis.

Quoniam Deus ſaluã faciet Sion: & ædificabuntur ciuitates Iuda.

Et inhabitabunt ibi: & hereditate acquirent eam.

Et ſemen ſeruorum eius poſsidebit eam: & qui diligunt nomen eius habitabunt in ea.

Antiphona.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





ZElus domus tu æ comedit me, & op-



probri a exprobrantium tibi ceciderũt ſuper me. Aña.



AVertantur retrorſum, & e ru be ſcant,



qui co gitant mi hi mala. Sæculorum. Amen.

Pſalmus 69.

DEus in adiutoriũ meum intende: Domine ad adiuuandũ me feſtina.

Confundantur & reuereantur: qui quærunt animam meam.

Auertantur retrorſum, & erubeſcant: qui volunt mihi mala.

Auertantur ſtatim erubeſcentes: qui dicunt mihi, Euge, euge.

Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te: & dicant ſemper, Magnificetur Dominus, qui diligunt ſalutare tuum.

Ego verò egenus & pauper ſum: Deus adiuua me.

Adiutor meus, & liberator meus es tu: Domine ne moreris.

Antiphona.

Auer-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Pſalmus 70.

IN te Domine ſperaui nõ cõfundar in æternum: in iuſtitia tua libera me, & eripe me.

Inclina ad me aurem tuam: & ſalua me.

Eſto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum: vt ſaluum me facias.

Quoniam firmamentũ meum: & refugium meum es tu.

Deus meus eripe me de manu peccatoris: & de manu contra legem agentis, & iniqui.

Quoniam tu es patiẽtia mea Domine: Domine ſpes mea: à iuuentute mea.

In te confirmatus ſum ex vtero: de ventre matris meæ tu es protector meus.

In te cantatio mea ſemper: tam-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



tamquam prodigium factus ſum multis, & tu adiutor fortis.

R epleatur os meum laude, vt cantem gloriam tuam: tota die magnitudinem tuam.

N e proijcias me in tempore ſenectutis: cum defecerit virtutis mea, ne derelinquas me.

Q uia dixerunt inimici mei mihi: & qui cuſtodiebāt animam meam, concilium fecerunt in vnum.

D icentes, Deus dereliquit eum, perſequimini, & comprehendite eum: quia non eſt qui eripiat.

D eus ne elõgeris à me: Deus meus in auxilium meum reſpice.

C onfundantur & deficiant detrahentes animæ meę operiantur confuſione & pudore, qui quærunt mala mihi.

E go autem ſemper ſperabo: & adijciam ſuper omnē laudem tuam.

O s meum annuntiabit iuſtitiam tuam: tota die ſalutare tuum.

Q uoniam non cognoui literaturam introibo in potentias Domini: Domine memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius.

D eus docuiſti me à iuuentute mea: & vſque nunc pronuntiabo mirabilia tua.

E t vſque in ſenectam & ſenium, Deus ne derelinquas me.

D onec annũtiem brachium tuum: generationi omni, quę ventura eſt.

P otentiam tuam, & iuſtitiam tuam Deus, vſque in altiſsima, quæ feciſti magnalia: Deus quis ſimilis tibi?

Q uantas oſtendiſti mihi tribulationes multas & malas, & conuerſus viuificaſti me: & de abyſsis terræ iterum reduxiſti me.

M ultiplicaſti magnificentiã tuam: & conuerſus conſolatus es me.

N am & ego confitebor tibi in vaſis pſalmi veritatē tuam: Deus pſallam tibi in cithara ſanctus Iſrael.

E xul-

Exultabunt labia mea, cum cantauero tibi: & anima mea, quam redemiſti.

Sed & lingua mea tota die meditabitur iuſtitiam tuam: cum confuſi & reueriti fuerint, qui quærunt mala mihi.

Antiphona.



D Eus me us e ri pe me de ma nu pec-



ca to ris. ℣. Auertantur retrorſum, & e ru beſcant.



¶ In fine lectio non dicitur, Tu autem. ſed prime tres lectiones Ieremie terminatur vt infra.

Resp. Qui co gitant mi hi ma la.



I N ci pit la men ta tio Ieremi æ



Pro phetæ. A le ph. Q Vo mo do



ſe ſed ſo la ci ui tas ple na populo: facta eſt qua ſi vi-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022.






Migra-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






vir gines eius ſqualide & ipſa oppreſſa a ma ri tu di-
ne. He. F a cti
ſunt hoſtes e ius in capite, inimi ci e ius lo cuple ta ti
ſunt, qui a Do minus locutus eſt ſuper e am, propter
multitudinem iniquitatũ e ius: pa ruuli eius ducti ſunt
in captiuitatem, an te faciem tribula n
tis. Hie ru ſa lem, Hie ru ſa lem, con uer te re

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Vigi-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Recor-


R Ecordata eſt, Ie ru ſalem di e rũ afflicti o-
nis ſu æ & præuaricationis omnium, deſiderabi li um
ſu o rum, quę habuerat à di e bus an ti quis, cum cade-
ret populus e ius in manu ho ſti li, & non eſſet au xi li a
tor. Vi derunt e am hoſtes, & de ri ſe runt ſabba-
ta e ius. H e th. P Eccatum pec-
cauit Ie ru ſalem, propterea inſta bi li s fa cta eſt.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






tere


te re ad Do minum Deum tuum. ℟. ij.
TRiſtis eſt a ni ma me a v ſ-
que ad mo rtem: ſuſtine te hic, e t
vi gi la te me cum: nunc vi de bi ti s tur-
bam, quę circũdabi t me. ℟. Vos fu gam ca pi-
e tis, & e go va da m im-
mo la ri pro vo bis. Verſus.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022.





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






M e m. E ex cel ſo miſit ignem
in oſsibus me is & e ru di uit me expandit re te pe di-
bus me is, conuertit me: retrorſu m po ſu it me de-
ſolatã, to ta di e mœro re cõfe ctã. N u n.
Igi la uit iugum i ni qui ta tum me a rum:
in manu e ius conuolutæ ſunt, & impo ſi tæ collo me-
o, in firmata eſt virtus me a: de dit me Dominus

in

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022.





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Pſalmus. 71.

DEus iudicium tuū regida: & iuſtitiamtuam filio regis.

Iudicare populū tuum in iuſtitia: & pauperes tuos in iudicio.

Suſcipiant montes pacem populo: & colles iuſtitiam.

Iudicabit pauperes populi, & ſaluos faciet filios pauperum: & humiliabit calumniatorem.

Et permanebit cum ſole, & ante lunam: in generationem & generationem.

Deſcēdet ſicut pluuia in vellus: & ſicut ſtillicida ſtillantia ſuper terram.

Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundātia pacis: donec auferatur luna.

Et dominabitur à mari vſque ad mare: & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum.

Coram illo procident Aethiopes: & inimici eius terram lingent.

Reges Tharſis, & inſulæ munera offerēt: Reges Arabum, & Saba dona adducent.

Et adorabunt eum omnes reges terræ: omnes gētes ſeruient ei.

Quia liberauit pauperem à potēte: & pauperem, cui non erat adiutor.

Parcet pauperi & inopi: & animas pauperum ſaluas faciet.

Ex vſuris & iniquitate redimet animas eorum: & hono-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



rabile nomen eorum coram illo.

Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ & adorabunt de ipſo ſemper: tota die benedicent ei.

Et erit firmamentum in terra, in ſummis montium, ſuper extolletur ſuper Libanum fructus eius: & florebũt de ciuitate ſicut fœnum terræ.

Sit nomen eius benedictum in ſæcula: ante ſolem permanet nomen eius.

Et benedicentur in ipſo omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eum.

Benedictus Dominus Deus Iſrael: qui facit mirabilia ſolus.

Et benedictum nomen maieſtatis eius in æternum: & replebitur maieſtate eius omnis terra, fiat, fiat.

Antiphona.




Antiphona.



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



Pſalmus 72.

QVàm bonus Iſrael Deus: his qui recto ſunt corde!

Mei autē penè moti ſunt pedes: penè effuſi ſunt greſſus mei.

Quia zelaui ſuper iniquos: pacem peccatorum videns.

Quia non eſt reſpectus morti eorum: & firmamentum in plaga eorum.

In labore hominū non ſunt: & cum hominibus non flagellabuntur.

Ideo tenuit eos ſuperbia: operti ſunt iniquitate, & impietate ſua.

Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum: tranſierunt in affectum cordis.

Cogitauerunt, & locuti ſunt nequitiam: iniquitatem in excelſo locuti ſunt.

Poſuerūt in cælum os ſuum: & lingua eorum tranſiuit in terra.

Ideo conuertetur populus meus hic: & dies pleni inuenientur in eis.

Et dixerunt, Quomodo ſcit Deus? & ſi eſt ſcientiam in excelſo.

Ecce ipſi peccatores, & abūdantes in ſæculo: obtinuerūt diuitias.

Et dixi, Ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum: & laui inter innocentes manus meas.

Et fui flagellatus tota die: & caſtigatio mea in matutinus.

Si dicebam, Narrabo ſic: ecce nationem filiorū tuorum reprobaui.

Exiſtimabam vt cognoſcerem hoc: labor eſt ante me.

Donec intrem in ſanctuariū Dei: & intelligam in nouiſsimis eorum.

Verumtamē propter dolos poſuiſti eis: deiecisti eos, dum alleuarentur.

Quomodo facti ſunt in deſolationem, ſubito defecerunt: perierunt propter iniquitatem ſuam.

Velut ſomnium ſurgentium Domine: in ciuitate tua imaginem ipſorum ad nihilum rediges.

Quia inflammatum eſt cor meum,

meum, & renes mei commutati ſunt: & ego ad nihilum redactus ſum, & neſciui.

Vt iumentum factus ſum apud te: & ego ſemper tecum.

Tenuiſti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxiſti me: & cum gloria ſuſcepiſti me.

Quid enim mihi eſt in cœlo? & à te quid volui ſuper terram?

Defecit caro mea, & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.

Quia ecce qui elongant ſe à te, peribunt: perdidiſti omnes, qui fornicantur abs te.

Mihi autem adhærere Deo bonum eſt: ponere in Domino Deo ſpem meam.

Vt annuntiem omnes prædicationes tuas: in portis filiæ Sion.

Antiphona.







Pſal.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



Pſalmus 73.

VT quid Deus repuliſti in finem? iratus eſt furor tuus ſuper oues paſcuæ tuæ.

Memor eſto congregationis tuæ: quam poſſediſti ab initio.

Redemiſti virgam hereditatis tuæ: mons Sion in quo habitaſti in eo.

Leua manus tuas in ſuperbias eorum in finem: quanta malignatus eſt inimicus in ſancto?

Et gloriati ſunt qui oderunt te: in medio ſolemnitatis tuæ.

Poſuerunt ſigna ſua ſigna: & non cognouerũt, ſicut in exitu ſuper ſummum.

Quaſi in ſilua lignorum ſecuribus exciderũt ianuas eius in idipſum: in ſecuri & aſcia deiecerunt eam.

Incenderunt igni Sanctuarium tuum: in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.

Dixerũt in corde ſuo cognatio eorum ſimul: Quieſcere faciamus omnes dies feſtos Dei à terra.

Signa noſtra non vidimus, iam non eſt propheta: & nos non cognoſcet amplius.

Vſquequo Deus improperabit inimicus? irritat aduerſarius nomen tuum in finem?

Vt quid auertis manũ tuam, & dexteram tuam: de medio ſinu tuo in finem?

Deus autem rex noſter ante ſæcula: operatus eſt ſalutem in medio terræ.

Tu confirmaſti in virtute tua mare: contribulaſti capita draconum in aquis.

Tu confregiſti capita draconis: dediſti eum eſcam populis Aethiopum.

Tu dirupiſti fontes & torrentes: tu ſiccaſti fluuios Ethan.

Tuus eſt dies, & tua eſt nox: tu fabricatus es auroram & ſolem.

Tu feciſti omnes terminos terræ: æſtatem & ver tu plaſmaſti ea.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



Memor eſto huius, inimicus improperauit Domino: & populus inſipiens incitauit nomen tuum.

Ne tradas beſtijs animas confitentes tibi: & animas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finem.

Reſpice in teſtamētum tuū: quia repleti ſunt, qui obſcurati ſunt, terræ domibus iniquitatum.

Ne auertatur humilis factus confuſus: pauper & inops laudabunt nomen tuum.

Exurge Deus iudica cauſam tuam: memor eſto improperiorum tuorum, eorum quæ ab inſipiente ſunt tota die.

Ne obliuiſcaris voces inimicorum tuorum: ſuperbia eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper.

Antiphona.



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



Ex tractatu S. Auguſtini Epiſcopi, ſuper Pſalmos.

*In Pſal. 54.* Lectio iiij.

EXaudi Deus orationẽ meã, & ne deſpexeris deprecationem meã; intẽde mihi, & exaudi me. Satagentis, ſolliciti, in tribulatione poſiti, verba ſunt iſta. Orat multa patiens, de malo liberari deſiderans. Supereſt vt audiamus in quo malo ſit: & cùm dicere cœperit, agnoſcamus ibi nos eſſe; vt cõmunicata tribulatione, cõiungamus orationẽ. Contriſtatus ſum, inquit, in exercitatione mea & conturbatus ſum. Vbi cõtriſtatus? vbi conturbatus? In exercitatione mea, inquit. Homines malos, quos patitur, cõmemoratus eſt: eamdemque paſſionem malorũ hominum, exercitationem ſuam dixit. Ne putetis gratis eſſe malos in hoc mundo: & nihil boni de illis agere Deũ. Omnis malus aut ideò viuit, vt corrigatur: aut ideò viuit, vt per illum bonus exerceatur.

Reſponſorium. iiij.






Reſponſorium. v.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



## Lectio v.

V Tinam ergo qui nos modò exercent, conuertãtur, & nobiſcum exerceantur: tamen quandiu ita ſunt, vt exerceant nos, non eos oderimus; quia in eo quòd malus eſt quis eorum, vtrum vſque in finem perſeueratus ſit, ignoramus. Et plerumque cùm tibi videris odiſſe inimicum, fratrẽ odiſti, & neſcis. Diabolus & angeli eius in ſcripturis ſanctis manifeſtati ſunt nobis, quòd ad ignem æternum ſunt deſtinati: ipſorum tantũ deſperanda eſt correctio, contra quos habemus occultam luctam; ad quam luctam nos armat Apoſtolus, dicẽs: Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ, & ſanguinẽ: id eſt, non aduerſus homines quos videtis, ſed aduerſus principes & poteſtates, & rectores mundi, tenebrarum harum. Ne fortè cùm dixiſſet, mundi; intelligeres dæmones eſſe rectores cæli & terræ: mundi dixit, tenebrarum harum: mundi dixit, amatorũ mundi: mundi dixit, impiorum & iniquorum: mundi dixit, de quo in Euangelio dicit: Et mundus eum non cognouit.

## Reſponſorium. v.



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






## Lectio vj.

QVoniam vidi iniquitatẽ, & contradictionem inciuitate. Attende gloriam crucis ipſius: Iam in fronte regũ crux illa fixa eſt, cui inimici inſultauerũt. Effectus probauit virtutem. Domuit orbem, non ferro, ſed ligno. Lignũ crucis contumelijs dignum viſum eſt inimicis, & ante ipſum lignũ ſtantes caput agitabãt, & dicebant: Si filius Dei eſt, deſcendat

cendat de cruce. Extēdebat ille manus ſuas ad populum non credentem, & contradicentem. Si enim iuſtus eſt, qui ex fide viuit, iniquus eſt qui non habet fidem. Quod ergo hic ait, iniquitatem: perfidiam intellige. Videbat ergo Dominus in ciuitate iniquitatem, & contradictionem, & extendebat manus ſuas ad populum non credētem, & contradicentem; & tamen ipſos expectans, dicebat: Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. ℟. vj.



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





me cum manum in pa ro pſi de, hic me tra di turus eſt



Reitere-tur. ℟.

in manu s pec ca to ru m. ℟. Melius.



In tertio Nocturno: Antiphona.



Vnus ex, D Ixi i ni quis, Nolite



loqui ad uerſus Deum i ni qui tatẽ. Sæculorũ Amen.

Pſalmus 74.

Confitebimur tibi Deus: cõfitebimur, & inuocabimus nomen tuum.

Narrabimus mirabilia tua: cum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo.

Liquefacta eſt terra, & omnes qui habitant in ea: ego confirmaui columnas eius.

Dixi iniquis, Nolite iniquè agere: & delinquẽtibus, Nolite exaltare cornu.

Nolite extollere in altũ cornu veſtrum: nolite loqui aduerſus Deum iniquitatem.

Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à deſertis montibus: quoniam Deus iudex eſt.

Hunc humiliat, & hunc exaltat: quia calix in manu Domini, vini meri plenus mixto.

verum tamen fæx eius non eſt exinanita: bibent omnes peccatores terræ.

Ego autē annūtiabo in ſæculum: cantabo Deo Iacob.

Et omnia cornua peccatorū confringam: & exaltabuntur cornua iuſti. Antiphona.



DIxi ini quis, No li te loqui ad uerſus Deum



i ni qui tatem. Antiphona.



TErra tremuit & qui e ui t, dum ex urgeret



geret in iudi ci o De us. Sæculorum Amen.

Pſalmus 75.

NOtus in Iudæa Deus: in Iſrael magnum nomen eius.

Et factus eſt in pace locus eius: & habitatio eius in Sion.

Ibi confregit potentias arcuum: ſcutum, gladium, & bellum.

Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis: turbati ſunt omnes inſipientes corde.

Dormierūt ſomnium ſuum:

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



& nihil inuenerũt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.

Ab increpatione tua Deus Iacob: dormitauerunt, qui aſcenderunt equos.

Tu terribilis es; & quis reſiſtet tibi? ex tunc ira tua.

De cælo auditum feciſti iudiciũ: terra tremuit, & quieuit.

Cum exurgeret in iudicium Deus: vt ſaluos faceret omnes manſuetos terræ.

Quoniã cogitatio hominis confitebitur tibi: & reliquiæ cogitationis diẽ feſtum agẽt tibi.

Vouete, & reddite Domino Deo veſtro: omnes qui in circuitu eius affertis munera.

Terribili, & ei qui aufert ſpiritum principium: terribili apud reges terræ.

Antiphona.




Antiphona.




Pſal-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



Pſalmus 76.

VOce mea ad Dominũ clamaui: voce mea ad Deũ & intẽdit mihi.

In die tribulationis meæ, Deũ exquiſiui manibus meis nocte cõtra eum: & non ſum deceptus.

Renuit cõſolari anima mea: memor fui Dei, & delectatus ſum, & exercitatus ſum, & defecit ſpiritus meus.

Anticipauerũt vigilias oculi mei: turbatus ſum, & non ſum locutus.

Cogitaui dies antiquos: & annos ęternos in mẽte habui.

Et meditatus ſum nocte cũ corde meo: & exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum.

Numquid in æternũ proijciet Deus: aut non apponet vt complacitior ſit adhuc?

Aut in finem miſericordiam ſuam abſcindet: à generatione in generationem?

Aut obliuiſcetur miſereri Deus: aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas?

Et dixi, Nunc cœpi: hæc mutatio dexteræ Excelſi.

Memor fui operum Domini: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.

Et meditabor in omnibus operibus tuis: & in adinuentionibus tuis exercebor.

Deus in ſancto via tua, quis Deus magnꝰ ſicut Deꝰ noſter? tu es Deꝰ qui facis mirabilia.

Notam feciſti in populis virtutem tuã: redemiſti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob & Ioſeph.

Viderunt te aquæ: Deus, viderunt te aquæ & timuerũt, & turbatæ ſunt abyſſi.

Multitudo ſonitus aquarũ: vocem dederunt nubes.

Etenim ſagittę tuæ tranſeũt: vox tonitrui tui in rota.

Illuxerũt coruſcationes tuæ orbi terræ: commota eſt & contremuit terra.

In mari via tua, & ſemitę tuę in aquis multis: & veſtigia tua non cognoſcentur.

Deduxiſti ſicut oues populũ tuũ: in manu Moyſi & Aarõ.

Antiphona.

In

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022.






De Epiſtola prima B. Pauli Apoſtoli ad Corinthios.

*Cap.* 11. Lectio vij.

HOc autẽ præcipio, non laudãs, quòd non in melius, ſed in deterius cõuenitis. Primum quidẽ conuenientibus vobis in Eccleſiam, audio ſciſſuras eſſe inter vos, & ex parte credo. Nam oportet, & hęreſes eſſe, vt & qui probati ſunt, manifeſti fiant in vobis. Conuenientibus ergo vobis in vnũ, iam non eſt Dominicã cœnam manducare: Vnuſquiſque enim ſuam cœnam præſumit ad manducandum, & alius quidem eſurit, alius autẽ ebrius eſt. Numquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? aut Eccleſiam Dei contemnitis, & confunditis eos, qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? In hoc non laudo.

Reſponſorium. vij.

Eram

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Omnes




Lectio viij.

EGo enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit; & dixit: Accipite, & manducate: hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicē poſtquam cœnauit, dicens: Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine. Hoc facite, quotieſcumque bibetis in meam commemorationem Quotieſcumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.

Reſponſorium viij.

Vna

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





ne in tre tis in te ta ti o-



ne m. P. Vel Iu dam.

Lectio ix.

ITaque, quicũque manducauerit panem hunc, vel biberit calicẽ Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini. Probet autem ſeipſum homo; & ſic de pane illo edat, & calice bibat. Qui enim mãducat, & bibit indignè, iudiciũ ſibimãducat, & bibit, non diiudicãs corpus Dñi. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiũt multi. Quòd ſi noſmetipſos diiudicaremus, non vtiq; iudicaremur. Dũ iudicamur autẽ, à Dño corripimur, vt non cũ hoc mũdo damnemur. Itaq; fratres mei, cùm cõuenitis ad mãducandũ inuicẽ expectate. Si quis eſurit, domi mãducet: vt nõ in iudiciũ conueniatis. Cetera autẽ cùm venero diſponam. ℟. ix.



SE ni o res po pu li con-



ſi li u m fece runt, Vt Ie ſu m do lo

tene-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022







bus tuis. & vincas cum iu di caris. Sæculorum. Amen.

Pſalmus 50.

MIſerere mei Deus: ſecundum magnã miſericordiã tuam.

Et ſecũdum multitudinem miſerationum tuarum: dele iniquitatem meam.

Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meã ego cognoſco: & peccatum meum cõtra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccaui & malum coram te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexiſti: in certa & occulta ſapiẽtiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

Aſperges me hyſſopo, & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudiũ & lætitiam: & exultabũt oſſa humiliata.

Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.

Ne proijcias me à facie tua: & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur.

Libera me de ſanguinibus, Deus, Deus ſalutis meæ: & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.

Domine labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quo-

Quoniam ſi voluiſſes, ſacrificium dediſſem vtique: holocauſtis non delectaberis.

Sacrificiũ Deo, ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.

Benignèfac Domine in bona voluntate tua Sion: vt ædificentur muri Ieruſalem.

Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, oblationes, & holocauſta: tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.

Antiphona.




Antiphona.



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



Pſalmus 89.

DOmine refugium factus es nobis: à generatione in generationem.

Priuſquàm montes fierent, aut formaretur terra, & orbis: à ſæculo & vſque in ſæculum tu es Deus.

Ne auertas hominem in humilitatem: & dixiſti, Conuertimini filij hominum.

Quoniam mille anni ante oculos tuos: tamquam dies heſterna, quæ præterijt.

Et cuſtodia in nocte: quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.

Manè ſicut herba tranſeat, manè floreat, & tranſeat: veſpere decidat, induret, & areſcat.

Quia defecimus in ira tua: & in furore tuo turbati ſumus.

Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo: ſæculum noſtrũ in illuminatione vultus tui.

Quoniam omnes dies noſtri defecerunt: & in ira tua defecimus.

Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur: dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni.

Si autem in potentatibus, octaginta anni: & amplius eorum labor & dolor.

Quoniam ſuperueniet manſuetudo: & corripiemur.

Quis nouit poteſtatem iræ tuæ: & præ timore tuo iram tuam dinumerare?

Dexteram tuam ſic notam fac: & eruditos corde in ſapientia.

Conuertere Domine vſque quo? & deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos.

Repleti ſumus mane miſericordia tua: & exultauimus & delectati ſum⁹ omnibus diebus noſtris.

Lætati ſumus pro diebus, quibus nos humiliaſti: annis quibus vidimus mala.

Reſpice in ſeruos tuos, & in opera tua: & dirige filios eorum.

Et ſit ſplendor Domini Dei noſtri

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



noſtri ſuper nos, & opera manuum noſtrarum dirige ſuper nos: & opus manuũ noſtrarum dirige.

Antiphona.




Pſalmus 62.

DEus Deus me⁹: ad te de luce vigilo.

Sitiuit in te anima mea: quã multipliciter tibi caro mea.

In terra deſerta, & inuia, & in aquoſa: ſic in ſancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.

Quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas: labia mea laudabunt te.

Sic benedicã te in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus



nus

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



nus meas.

Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea:&labijs exultationis laudabit os meũ.

Si memor fui tui ſuper ſtratum meum, in matutinis meditabor in te:quia fuiſti adiutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæſit anima mea poſt te: me ſuſcepit dextera tua.

Ipſi verò in vanum quęſierũt animam meã, introibunt in inferiora terræ: tradentur in manus gladij. partes vulpium erunt.

Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui iurãt in eo: quia obſtructum eſt os loquentium iniqua.

Pſalmus 66.

Deus miſereatur noſtri,& benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri.

Vt cognoſcamus in terra viã tuam : in omnibus gentibus ſalutare tuum.

Cõfiteãtur tibi pupuli Deus: cõfiteãtur tibi populi omnes.

Lætentur,& exultent gentes: quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.

Cõfiteãtur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructũ ſuum.

Benedicat nos Deus, Deus, noſter, benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ.

Antiphona.




Antiphona.

Exhor-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






**Canticum Moyſi.** *Exodi* 15.

CAntemus Domino, glorioſe enim magnificatus eſt: equum & aſcenſorem deiecit in mare.

Fortitudo mea & laus mea Dominus: & factus eſt mihi in ſalutem.

Iſte Deus meus, & glorificabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum.

Dominus quaſi vir pugnator, omnipotẽs nomen eius: currus Pharaonis, & exercitum eius proiecit in mare.

Electi principes eius ſubmerſi ſunt in mari Rubro, abyſsi operuerunt eos: deſcenderunt in profundum quaſi lapis.

Dextera tua Domine magnificata eſt in fortitudine, dextera tua Domine percuſsit inimicum: & in multitudine gloriæ tuæ depoſuiſti aduerſarios tuos.

Miſiſti iram tuam, quæ deuorabit eos ſicut ſtipulam: & in ſpiritu furoris tui congregatæ ſunt aquæ.

Stetit vnda fluens: congregatæ ſunt abyſsi in medio mari.

Dixit inimicus, Perſequar & comprehendã: diuidam ſpolia, implebitur anima mea.

Euaginabo gladium meum: interficiet eos manus mea.

Flauit ſpiritus tuus, & operuit eos mare: ſubmerſi ſunt

quaſi

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



quaſi plumbum in aquis vehementibus.

Quis ſimilis tui in fortibus Domine? quis ſimilis tui, magnificus in ſanctitate, terribilis, atque laudabilis, & faciẽs mirabilia?

Extendiſti manuum tuam, & deuorauit eos terra: dux fuiſti in miſericordia tua populo, quem redemiſti.

Et portaſti eum in fortitudine tua: ad habitaculum ſanctum tuum.

Aſcenderunt populi, & irati ſunt: dolores obtinuerũt habitatores Philiſtijm.

Tunc cõturbati ſunt principes Edõ, robuſtos Moab obtinuit tremor: obriguerunt omnes habitatores Chanaã.

Irruat ſuper eos formido & pauor: in magnitudine brachij tui.

Fiãt immobiles, quaſi lapis, donec pertrãſeat populꝰ tuus Dñe: donec pertrãſeat populus tuus iſte, quem poſſediſti.

Introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ: firmiſsimo habitaculo tuo, quod operatus es Domine.

Sanctuarium tuũ Dñe, quod firmauerunt manus tuæ: Dñs regnabit in ęternum, & vltra.

Ingreſſus eſt enim eques Pharao cũ curribus & equitibus eius in mare: & reduxit ſuper eos Dominus aquas maris.

Filij autem Iſrael ambulauerunt per ſiccũ: in medio eius.

Antiphona.




Antiphona.

Obla-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





OBlatu s eſt qui a ipſe vo lu it e t pec-



ca ta noſtra i pſe por tauit. Sæculorum, Amen.

Pſalmus 148.

LAudate Dominum de cælis: laudate eum in excelſis.

Laudate eum omnes Angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.

Laudate eum ſol & luna: laudate eum omnes ſtellæ & lumen.

Laudate eum cæli cælorum: & aquę omnes, quę ſuper cęlos ſunt, laudent nomen Domini.

Quia ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt.

Statuit in æternum, & n ſæculum ſæculi: præceptũ poſuit, & non præteribit.

Laudate Dominum de terra: dracones, & omnes abyſſi.

Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum: quæ faciunt verbum eius.

Montes & omnes colles: ligna fructifera, & omnes cedri

Beſtiæ, & vniuerſa pecora: ſerpētes, & volucres pēnatæ.

Reges terræ, & omnes populi: principes, & omnes iudices terræ.

Iuuenes & virgines, ſenes cũ iunioribus laudent nomen Domini: quia exaltatum eſt nomen eius ſolius.

Confeſsio eius ſuper cælum & terram: & exaltauit cornu populi ſui.

Hymnus omnibus ſanctis eius: filijs Iſrael, populo appropinquanti ſibi.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



### Pſalmus 140.

CAntare Domino canticum nouum: laus eius in Eccleſia ſanctorum.

Lætetur Iſrael in eo, qui fecit in eum: & filij Sion exultent in rege ſuo.

Laudent nomẽ eius in choro: in tympano & pſalterio pſallant ei.

Quia beneplacitum eſt Domino in populo ſuo: & exaltabit manſuetos in ſalutem.

Exaltabunt ſancti in gloria: lætabuntur in cubilibus ſuis.

Exultationes Dei in gutture eorum: & gladij ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis.

Vt faciant in eis iudicium conſcriptum: gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius.

### Pſalmus 110.

LAudate Dominum in ſanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: laudate eũ ſecundũ multitudinẽ magnitudinis eius.

Laudate eum in ſono tubæ: laudate eum in pſalterio & cithara.

Laudate eum in tympano & choro: laudate eũ in chordis & organo.

Laudate eũ in cymbalis beneſonãtibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis ſpiritus laudet Dñm. Añã.




Verſus.




Canticum Zachariæ. *Luc. 1.*

Benedictus Dominus Deus Iſrael: quia viſitauit, & fecit redemptionem plebis ſuæ.

Et erexit cornu ſalutis nobis: in domo Dauid pueri ſui.

Sicut locutus eſt per os ſanctorũ: qui à ſæculo ſunt propheta-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



phetarum eius.

Salutem ex inimicis noſtris: & de manu omnium, qui oderunt nos.

Ad faciendam miſericordiã cum patribus noſtris: & memorari teſtamenti ſui ſancti.

Iuſiurandum quod iurauit ad Abraham patrem noſtrũ: daturum ſe nobis.

Vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati: ſeruiamus illi.

In ſanctitate & iuſtitia coram ipſo: omnibus diebus noſtris.

Et tu puer, propheta Altiſsimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini, parare vias eius.

Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius: in remiſsionem peccatorum eorum.

Per viſcera miſericordię Dei noſtri: in quibus viſitauit nos oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedent: ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.

INterim dum dicitur Canticum **Benedictus**: extinctis prius omnibus cãdelis in candelabro triangulari: præter vnamquę poſita eſt in ſummitate cãdelabri, vt ſupra dictum eſt: extinguuntur paulatim ſex candele ſupra altare ad binos verſus vna: ita vt in vltimo verſu extinguatur vltima candela. Similiter extinguuntur lapandes & luminaria per Eccleſiã. Cum repetitur Aña **Traditor**, ex cãdelabro accipitur ſuprema candela, & ſub altari abſconditur in cornu Epiſtolæ: Repetita Antiphona poſt **Benedictus**.




Vt ſupra. Dicitur ſequens. ℣.

Chri-




Cum incipitur ℣. Chriſtus factus eſt. omnes genu flectunt: & eo finito dicitur Pater noſter. totum ſubſilẽtio, poſtea Pſalmus. Miſerere: aliquantulum altius: quo finito ſine Oremus: dicitur ſimili voce. Oratio.

Reſpice quæſumus Domine, ſuper hãc familiam tuam, pro qua Dominus noſter Ieſus Chriſtus non dubitauit manibus tradi nocẽtium: & crucis ſubire tormentum. Et finitur in modum Prophetie, ſed Qui tecum: dicitur ſub ſilentio.

Finita oratione fit fragor & ſtrepitus aliquantulum: mox profertur candela accenſa: & omnes cum ſilentio diſcedunt.

## AD VESPERAS.

VEſpere dicto ſecreto Pater noſter: Aue Maria, incipiuntur abſolute à prima Antiphona, ſine cantu, & omnes Pſalmi dicuntur ſine Gloria patri. & finiuntur in tono Prophetie.

Antiphona.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Dñi inuocabo.

Pſalmus 115.

CRedidi, propter quod locutusſum: ego autem humiliatus ſũ nimis.

Ego dixi in exceſſu meo: Omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino: pro omnibus quæ retribuit mihi?

Calicem ſalutaris accipiam: & nomẽ Domini inuocabo.

Vota mea Domino reddam corã omni populo eius: pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius.

O Dñe quia ego ſeruus tuus: ego ſeru⁹ tu⁹ & fili⁹ ancillę tuę.

Dirupiſti vincula mea: tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, & & nomẽ Domini inuocabo.

Vota mea Domino reddam in conſpectu omnis populi eius: in atrijs domus Domini, in medio tui Ieruſalem.

Antiphona.

Calicẽ ſalutaris accipiam, & nomẽ Dñi inuocabo.

*Antiphona.*

CVm his qui oderunt pacem, erã pacificus: dum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Pſalmus 119.

AD Dominum cum tribularer, clamaui: & exaudiuit me.

Domine libera animãmeam à labijs iniquis: & à lingua doloſa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi: ad linguam doloſam?

Sagittæ potentis acutæ: cum carbonibus deſolatorijs.

Heu mihi, quia incolat⁹ me⁹ prolongatus eſt, habitaui cum habitantibus Cedar: multum incola fuit anima mea.

Cum his qui oderũt pacem eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Antiphona.

CVm his qui oderunt pacem erampacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Anti-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



Antiphona.

AB hominibus iniquis libera Domine.

Pſalmus 139.

ERipe me Domine ab homine malo: à viro iniquo eripe me.

Qui cogitauerunt iniquitates in corde: tota die conſtituebant prælia.

Acuerunt linguas ſuas, ſicut ſerpẽtis: venenum aſpidum ſub labijs eorum.

Cuſtodi me Domine de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis eripe me.

Qui cogitauerunt ſupplantare greſſus meos: abſconderunt ſuperbi laqueum mihi.

Et funes extenderunt in laqueum. iuxta iter ſcandalum poſuerunt mihi.

Dixi Domino, Deus meus es tu: exaudi Domine vocẽ deprecationis meæ.

Domine, Domine virtus ſalutis meæ: obumbraſti ſuper caput meum in die belli.

Ne tradas me Domine à deſiderio meo peccatori: cogitauerunt contra me, ne derelinquas me, ne forte exaltentur.

Caput circuitus eorum: labor labiorum ipſorum operiet eos.

Cadent ſuper eos carbones, in ignem deijcies eos: in miſerijs non ſubſiſtent.

Vir linguoſus non dirigetur in terra: virum iniuſtum mala capient in interitu.

Cognoui, quia faciet Dominus iudicium inopis: & vindictam pauperum.

Verumtamen iuſti confitebuntur nomini tuo, & habitabunt recti cum vultu tuo.

Antiphona.

AB hominibus iniquis libera me Domine.

Antiphona.

CVſtodi me à laqueo, quẽ ſtatuerunt mihi, & à ſcãdalis operantiũ iniquitatem.

Pſalmus 140.

DOmine clamaui ad te, exaudi me: intende voci meæ, cùm clamauero ad te.

Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo:

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum.

Pone Domine cuſtodiā ori meo: & oſtium circumſtantiæ labijs meis.

Non declines cor meum in verba malitię: ad excuſandas excuſationes in peccatis.

Cum hominibus operantibus iniquitatem: & non communicabo cum electis eorū.

Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum: abſorpti ſunt iuncti petræ iudices eorum.

Audient verba mea, quoniā potuerunt: ſicut craſsitudo terrę erupta eſt ſuper terram.

Diſsipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum: quia ad te Domine, Domine oculi mei, in te ſperaui, non auferas animam meam.

Cuſtodi me à laqueo, quem ſtatuerunt mihi: & à ſcandalis operantium iniquitatem.

Cadēt in retiaculo eius peccatores: ſingulariter ſum ego, donec tranſeam.

Antiphona.

Cvſtodi me à laqueo, quē ſtatuerunt mihi, & à ſcādalis operantiū iniquitatem.

Antiphona.

COnſiderabam ad dexteram & videbam: & non erat qui cognoſceret me.

Pſalmus. 141.

VOce mea ad Dominū clamaui: voce mea ad Dominū deprecatus ſum.

Effundo in conſpectu eius orationem meam: & tribulationem meam ante ipſum pronuntio.

In deficiendo ex me ſpiritū meū: & tu cognouiſti ſemitas meas.

In via hac qua ambulabam: abſconderunt laqueum mihi.

Conſiderabam ad dexterā, & videbam: & non erat qui cognoſceret me.

Perijt fuga à me: & non eſt qui requirat animā meam.

Clamaui ad te Domine: dixi, Tu

xi, Tu

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



xi, Tu es ſpes mea, portio mea in terra viuentium.

Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus ſum nimis.

Libera me à perſequentibus me: quia confortati ſunt ſuper me.

Educ de cuſtodia animam meam, ad confitendum nomini tuo: me expectant iuſti: donec retribuas mihi.

Antiphona.

COnſiderabam ad dexteram, & videbam, & non erat qui cognoſceret me.

Capitulum, & Hymnus, & Verſic. non dicuntur in hoc triduo.

Ad Magnificat, Aña.



CEnantibus autem il-



lis accepit Ieſus pa nem & benedixit ac fregit



deditq; diſcipulis ſuis. Cant. Magnificat anima.

℣. Chriſtus factus eſt pro nobis, cũ reliquis vt ſupra in Matutino. fol. liij.



FERIA

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



# FERIA SEXTA

## IN PARASCEVE, AD MATVTINVM

### IN PRIMO NOCTVRNO ANTIPHONA.




Pſalmus 2.

Quare fremuerunt gentes:& populi meditati ſũt inania? Aſtiterunt reges, terræ, & principes conuenerunt in vnum: aduerſus Dominũ, & aduerſus Chriſtum eius.

Dirum pamus vincula eorũ, &proijciamus à nobis iugum ipſorum.

Qui habitat in cælis, irridebit eos: & Dominus ſubſannabit eos.

Tunc

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



Tunc loquetur ad eos in ira ſua: & in furore ſuo conturbabit eos.

Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius: prædicans præceptum eius.

Dominus dixit ad me, Filius meus es tu: ego hodie genui te.

Poſtula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam: & poſſeſsionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea: & tamquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram.

Seruite Domino in timore & exultate ei cum tremore.

Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus: & pereatis de via iuſta.

Cum exarſerit in breui ira eius: beati omnes qui confidunt in eo.

Antiphona.




Antiphona.

Diui-




## Pſalmus 21.

DEus Deꝰ meus reſpice in me, quare me dereliquiſti? longe à ſalute mea verba delictorum meorum.

Deus meus clamabo per diem, & non exaudies: & nocte, & non ad inſipientiam mihi.

Tu autem in ſancto habitas: laus Iſrael.

In te ſperauerunt patres noſtri: ſperauerunt, & liberaſti eos.

Ad te clamauerunt, & ſalui facti ſunt: in te ſperauerunt, & non ſunt confuſi.

Ego autem ſum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis.

Omnes videntes me, deriſerunt me: locuti ſunt labijs, & mouerunt caput.

Sperauit in Domino, eripiat eum: ſaluũ faciat eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es qui extraxiſti me de ventre: ſpes mea ab vberibus matris meæ.

In te proiectus ſum ex vtero: de ventre matris meæ Deus meus es tu, ne diſceſſeris à me.

Quoniam tribulatio proxima eſt: quoniam non eſt qui adiuuet.

Circumdederunt me vituli multi: tauri pingues obſederunt me.

Aperuerũt ſuper me os ſuũ:

ſicut

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



ſicut leo rapiens & rugiens.
Sicut aqua effuſus ſum: & diſperſa ſunt omnia oſſa mea.
Factum eſt cor meum tamquam cera liqueſcẽs: in medio ventris mei.
Aruit tamquam teſta virtus mea, & lingua mea adhæſit faucibus meis: & in puluerẽ mortis deduxiſti me.
Quoniam circumdederunt me canes multi: concilium malignantium obſedit me.
Foderũt manus meas, & pedes meos: dinumerauerunt omnia oſſa mea.
Ipſi verò conſiderauerunt & inſpexerunt me: diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meã miſerũt ſortem.
Tu autem Domine ne elongaueris auxilium tuum à me: ad defenſionem meam conſpice.
Erue à framea Deus animã meam: & de manu canis vnicam meam.
Salua me ex ore leonis: & à cornibus vnicornium humilitatem meam.
Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio eccleſiæ laudabo te.
Qui timetis Dominum, laudete eum: vniuerſum ſemen Iacob glorificate eum.
Timeat eum omne ſemen Iſrael: quoniam non ſpreuit, neque deſpexit deprecationem pauperis.
Nec auertit faciem ſuam à me: & cùm clamarẽ ad eum, exaudiuit me.
Apud te laus mea in eccleſia magna: vota mea reddam in conſpectu timentium eum.
Edent pauperes, & ſaturabũtur, & laudabũt Dñm, qui requirunt eum: viuent corda eorum in ſæculum ſæculi.
Reminiſcentur, & conuertentur ad Dominum: vniuerſi fines terræ.
Et adorabunt in conſpectu eius: vniuerſæ familiæ gentium.
Quoniã Domini eſt regnũ: & ipſe dominabitur gẽtium.
Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ: in conſpectu eius cadẽt omnes qui deſcendũt in terram.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



Et anima mea illi viuet: & ſemen meum ſeruiet ipſi.

Annuntiabitur Domino generatio ventura: & annũtiabunt cæli iuſtitiam eius populo qui naſcetur, quem fecit Dominus.

Antiphona.



Iui ſe runt ſi bi veſtimenta me a, & ſuper ve-



ſtem meam mi ſe runt ſortem.

Antiphona.



INſurrexerunt in me teſtes i ni qui, & menti-



ta eſt i ni quitas ſibi. Sæculorum, Amen.

Pſalmus 26.

DOminus illuminatio mea, & ſalus mea: quē timebo? Dñs protector vitæ meæ: à quo trepidabo?

Dum appropiant ſuper me nocētes: vt edāt carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei: ipſi infirmati ſunt, & ceciderunt.

Si conſiſtant aduerſum me caſtra: non timebit cor meũ.

Si exurgat aduerſum me prælium: in hoc ego ſperabo.

Vnam

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



Vnam petij à Domino, hanc requiram: vt in habitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.

Vt videam voluptatem Domini: & viſitem templum eius.

Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo: in die malorũ protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.

In petra exaltauit me: & nũc exaltauit caput meum ſuper inimicos meos.

Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam vociferationis: cantabo, & pſalmum dicam Domino.

Exaudi Dñe vocem meam, qua clamaui ad te: miſerere mei, & exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquiſiuit te facies mea: faciem tuam Domine requiram.

Ne auertas faciem tuam à me: ne declines in ira à ſeruo tuo.

Adiutor meus eſto: ne derelinquas me, neque deſpicias me, Deus ſalutaris meus.

Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me: Dominus autem aſſumpſit me.

Legem pone mihi Domine in via tua: & dirige me in ſemitam rectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi.

Credo videre bona Domini: in terra viuentium.

Expecta Dominum, viriliter age: & confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum.

Antiphona.




tita eſt i ni quitas ſibi.
Verſus. Di ui ſe runt ſi bi ve ſti men ta me a.
Reſp. Et ſu per veſtem meam miſerunt ſortes.
Lectio prima.
DE lamentati one Iere mi æ prophe-
tæ. H e th. COgi-
ta uit Do mi nus diſsipa re murum fi li æ Sion: te-
ten dit fu ni cu lum ſu um, & non a uer tit ma-
num

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






SE de runt in ter ra, conticuerunt ſenes filiæ
Si on: con ſper ſe runt ci ne re ca pi ta ſu a,
accincti ſunt ci li ci js, ab iecerunt in
terram capita ſu a vi r gi nes. Ie ru ſa lem.
Ca ph. DE fe ce runt præ lachrymis
oculi me i, conturbata ſunt viſcera me a. Ef-
fu ſum eſt in ter ra ie cur me um ſuper contriti onem
filiæ


fi li æ populi me i, cum defi-
ceret paruulus & la ctens in pla te is o p-
pi di. Ieru ſa lem, Ie ru ſa lem, con uer-
te re ad Dominum Deum tu um. ℟.
O Mnes a mi ci me i
de re li que runt me, &
præ ua lu e runt in ſi di an tes


mi hi tra di di t me quem dili ge bam.
P. Et ter ri bi li bus o cu lis
pla ga cru de li per cu ti en tes, a-
ce to po ta ba nt me. Verſus.
I Nte r i ni quos pro ie-
ceru nt me, & non peper ce runt a ni-
ma me e P. Et terri bi.
Lectio ſecunda.

Lamed.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






VElu m tem pli ſci ſſu m eſt,
P Et omnis te rra tre mu it: la-
tro de cru ce clama ba t,
di cens memen to me i do mi-
ne, dum ve neri s in re gnu m
tu um. ℣ PE træ ſci ſſæ ſunt,
& mo nu men ta a per ta ſunt, & mul ta cor-
pora

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






num ſu a m to tadi e. B e th.
VEtuſtam fecit pellem me am, & carnem
meam, contri ui t oſſa me a. B e th.
EDificauit in gy ro meo, & circu mde-
dit me felle, & la bo re. B e th.
IN te nebroſis colloca uit me, quaſi mo r-
tu o s ſempiter nos. G i me l.

Cir-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





Reſponſorium, tertia.



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Pſalmus 37.

DOmine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Quoniam ſagittę tuæ infixæ ſunt mihi: & confirmaſti ſuper me manum tuam.

Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ:non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meũ: & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.

Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ: à facie inſipientiæ meæ.

Miſer factus ſum, & curuatus ſum vſque in finem: tota die contriſtatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: & non eſt ſanitas in carne mea.

Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei.

Domine ante te omne deſiderium meum : & gemitus meus à te non eſt abſcōditus.

Cor meum cōturbatum eſt, dereliquit me virtus mea : & lumen oculorum meorum & ipſum non eſt mecum.

Amici mei, & proximi mei: aduerſum me appropinquauerunt, & ſteterunt.

Et qui iuxta me erant, de lōgè ſteterunt : & vim faciebant, qui quęrebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locuti ſunt vanitates: & dolos tota die meditabantur.

Ego autē tamquam ſurdus non audiebam & ſicut mutus non aperiens os ſuum.

Et factus ſum ſicut homo non audiens : & non habens in ore ſuo redargutiones.

Quoniam in te Domine ſperaui: tu exaudies me Domine Deus meus.

Quia dixi, Ne quādo ſuper gaudeant mihi inimici mei: & dum commouentur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt.

Quoniam ego in flagella paratus ſum : & dolor meus in conſpectu meo ſemper.

Quoniam iniquitatem meā annuntiabo: & cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei viuunt, & confirmati ſunt ſuper me: & multiplicati ſunt, qui oderunt me iniquè.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi : quoniam ſequebar bonitatem.

Ne derelinquas me Domine Deꝰ meꝰ: ne diſceſſeris à me.

Intēde in adiutorium meū: Domine Deus ſalutis meæ.

Antiphona.



Vim faciebāt, qui quærebāt animā meā. Aña.

Con-




Pſalmus 39.

EXpectans expectaui Dominum: & intendit mihi.

Et exaudiuit preces meas: & eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fæcis.

Et ſtatuit ſupra petram pedes meos: & direxit greſſus meos.

Et immiſit in os meum canticum nouum: carmen Deo noſtro.

Videbunt multi, & timebũt: & ſperabunt in Domino.

Beatus vir, cuius eſt nomen Domini ſpes eius: & non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas.

Multa feciſti tu Dñe Deus meus mirabilia tua: & cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi.

Annuntiaui, & locutus ſum: multiplicati ſunt ſuper numerum.

Sacrificium & oblationem noluiſti: aures autem perfeciſti mihi.

Holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti: tunc dixi, Ecce venio.

In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.

Annuntiaui iuſtitiam tuam in eccleſia magna: ecce labia mea non prohibebo, Domine tu ſciſti.

Iuſtitiam tuam non abſcondi in corde meo: veritatem

tuam, & ſalutare tuum dixi.

Non abſcondi miſericordiã tuam & veritatem tuam: à concilio multo.

Tu autem Domine ne longè facias miſerationes tuas à me: miſericordia tua, & veritas tua ſemper ſuſceperunt me.

Quoniam circumdederunt me mala, quorũ non eſt numerus: comprehenderũt me iniquitates meæ, & non potui, vt viderem.

Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei: & cor meũ dereliquit me.

Complaceat tibi Domine vt eruas me: Domine ad adiuuandum me reſpice.

Confundantur & reuereantur ſimul: qui quærunt animam meam, vt auferãt eam.

Conuertantur retrorſum & reuereantur: qui volunt mihi mala.

Ferant confeſtim confuſionem ſuam: qui dicunt mihi, Euge, euge.

Exultent, & lætentur ſuper te omnes quærentes te: & dicant ſemper, Magnificetur Dominus, qui diligunt ſalutare tuum.

Ego autem mendicus ſum, & pauper: Dominus ſollicitus eſt mei.

Adiutor meus, & protector meus tu es: Deus meus ne tardaueris.

Antiphona.




Antiphona.

A lieni




Pſalmus 53.

DEus in nomine tuo ſaluum me fac: & in virtute tua iudica me.

Deus exaudi orationẽ meã: aurib⁹ percipe verbe oris mei.

Quoniam alieni inſurrexerunt aduerſum me, & fortes quæſierunt animam meam: & non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.

Ecce enim Deus adiuuat me: & Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.

Auerte mala inimicis meis: & in veritate tua diſperde illos.

Voluntariè ſacrificabo tibi: & cõfitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum eſt.

Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me: & ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus.

Antiphona.




Verſus.







Ex tractat. S. Auguſtini Epiſcopi ſuper Pſalmos.

Lectio iiij. *In Pſal. 6.*

PRotexiſti me Deus à conuẽtu malignantium, à multitudine operãtium iniquitatẽ. Iam ipſum caput noſtrum intueamur. Multi martyres talia paſsi ſunt, ſed nihil ſic elucet, quomodo caput martyrũ: ibi melius intuemur, quod illi experti ſunt. Protectus eſt à multitudine malignantium, protegente ſe Deo; protegente carnem ſuam ipſo filio, & hominem, quem gerebat: quia filius hominis eſt, & filius Dei eſt: Filius Dei propter formã Dei: Filius hominis propter formã ſerui, habẽs poteſtatẽ ponere animã ſuam, & recipere eam. Quid ei potuerũt facere inimici? Occiderunt corpus, animam non occiderunt. Intendite. Parum ergò erat, Dominum hortari martyres verbo, niſi firmaret exemplo.

Reſponſorium. iiij.




fuſti-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Lectio

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



Lectio v.

NOſtis qui conſuetus erat malignantium Iudæorũ, & quæ multitudo erat operantiũ iniquitatē. Quam iniquitatem? quia voluerunt occidere Dominum Ieſum Chriſtum. Tanta opera bona, inquit, oſtendi vobis: propter quod horum me vultis occidere? Pertulit omnes infirmos eorum, curauit omnes languidos eorum, prædicauit regnum cælorum, non tacuit vitia eorum, vt ipſa potiùs eis diſplicerent, non medicus à quo ſanabantur. His omnibus curationibus eius ingrati, tamquam multa febri phrenetici, inſanientes in medicum, qui venerat curare eos, excogitauerunt conſilium perdendi eum; tamquã ibi volentes probare, vtrum verè homo ſit, qui mori poſſit, an aliquid ſuper homines ſit, & mori ſe non permittat. Verbum ipſorũ agnoſcimus in Sapiẽtia Salomonis: Morte turpiſsima, inquiunt, condemnemus eum: interrogemus eum: erit enim reſpectus in ſermonibus illius. Si enim verè filius Dei eſt, liberet eũ.

Reſponſorium. v.




nam

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






 Lectio

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



Lectio vj.

EXacuerũt tãquam gladiũ linguas ſuas. Non dicãt Iudæi, Non occidimus Chriſtum. Etenim propterea eum dederunt iudici Pilato, vt quaſi ipſi à morte eius viderentur immunes. Nam cũ dixiſſet eis Pilatus: Vos eum occidite; reſpõderũt: Nobis non licet occidere quemquam. Iniquitatem facinoris ſui in iudicem hominem refundere volebant. Sed numquid Deum iudicẽ fallebant? Quod fecit Pilatus, in eo ipſo quod fecit, aliquantum particeps fuit; ſed in comparatione illorũ multò ipſe innocentior: inſtitit enim quantum potuit, vt illum ex eorum manibus liberaret; nam propterea flagellatum produxit ad eos. Non perſequendo Dominum flagellauit, ſed eorum furori ſatisfacere volens: vt vel ſic iam miteſcerent, & deſinerent velle occidere, cùm flagellatum viderent. Fecit & hoc. At vbi perſeuerauerunt, noſtis illum lauiſſe manus, & dixiſſe, quòd ipſe non feciſſet, mũdum ſe eſſe à morte illius. Facit tamen. Sed ſi reus, quia fecit vel inuitus; illi innocentes, qui coegerunt vt faceret? Nullo modo. Sed ille dixit in eum ſententiam, & iuſsit eum crucifigi, & quaſi ipſe occidit; & vos, ò Iudæi occidiſtis. Vnde occidiſtis? Gladio linguæ, acuiſtis enim linguas veſtras. Et quando percuſsiſtis, niſi quando clamaſtis: Crucifige, crucifige?

Reſponſorium. vj.



ANimam meam di le cta m

tradi-


tradi di inmanus i ni quo rum, & fa cta
eſt mi hi hære di tas me a ſi cut
le o in ſil ua: de dit contra me voces ad-
uerſa ri us, di cens: congrega-
mini, & prope ra te ad deuo-
ra ndum i llum: po ſu e runt me in
de ſe r to ſo li tu di nis, &


lu xit ſuper me om ni s te r ra. ℟.
Qui a non eſt in uen tus qui me agno ſce-
ret, & fa ce re t be ne. Verſus.
INſurrexerunt in me vi ri abſque
miſe ri cordi a, & non pepercerunt a ni mæ
me æ. ℟. Quia.
Reitere-
tur. ℟.
A nimam.
In tertio Nocturno Antiphona.
AB in ſur gen ti bus in me libe ra
me

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





me Domine, qui a occupaue runt . a nimam meam.



Sæculorum, Amen.

Pſalmus 58.

ERipe me de inimicis meis Deꝰ meꝰ: & ab inſurgētibꝰ in me libera me.

Eripe me de operātibus iniquitatem: & de viris ſanguinum ſalua me.

Quia ecce ceperūt animam meam: irruerūt in me fortes.

Neque iniquitas mea, neque peccatum meum Dn̄e: ſine iniquitate cucurri, & direxi.

Exurge in occurſum meum & vide: & tu Domine Deus virtutum Deum Iſrael.

Intende ad viſitandas omnes gentes: non miſerearis omnibus qui operantur iniquitatem.

Conuertentur ad veſperam: & famem patientur vt canes: & circuibunt ciuitatem.

Ecce loquentur in ore ſuo, & gladius in labijs eorū: quoniam quis audiuit?

Et tu Domine deridebis eos: ad nihilum deduces omnes gentes.

Fortitudinem meam ad te cuſtodiam, quia Deus ſuſceptor meus es: Deus meus, miſericordia eius præuenit me.

Deus oſtēdit mihi ſuper inimicos meos, ne occidas eos: ne quando obliuiſcantur populi mei.

Diſperge illos in virtute tua: & depone eos protector meus Domine.

Delictū oris eorum, ſermonem labiorū ipſorum: & cōprehēdantur in ſuperbia ſua.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



Et de execratione & mendacio annuntiabuntur in cōſummatione: in ira conſummationis, & non erunt.

Et ſcient quia Deus dominabitur Iacob: & finium terræ.

Conuertentur ad veſperam & famem patientur vt canes: & circuibunt ciuitatem.

Ipſi diſpergentur ad manducandum: ſi verò non fuerint ſaturati, & murmurabunt.

Ego autem cantabo fortitudinem tuam: & exultabo manè miſericordiam tuam.

Quia factus es ſuſceptor meus: & refugium meum in die tribulationis meæ.

Adiutor meus tibi pſallam, quia Deus ſuſceptor meus es: Deus meus miſericordia mea.

Antiphona.



AB in ſurgentibus in me libera me Domine,



qui a occupaue runt a nimam meam. Antiphona.



LOnge feciſti notos meos à me, traditus ſum,



& non egredi ebar. Sæculorum, Amen.

Pſalmus 87.

Domine Deus ſalutis meæ: in die clamaui, & nocte corã te.

Intret in conſpectu tuo oratio mea: inclina aurẽ tuam ad precẽ meã.

Quia repleta eſt malis anima mea: & vita mea inferno appropinquauit.

Aeſtimatus ſum cum deſcẽdẽtibus in lacum: factus ſum ſicut homo ſine adiutorio, inter mortuos liber.

Sicut vulnerati dormientes in ſepulchris, quorum non es memor amplius: & ipſi de manu tua repulſi ſunt.

Poſuerunt me in lacu inferiori: in tenebroſis, & in vmbra mortis.

Super me cõfirmatus eſt furor tuus: & omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me.

Longè feciſti notos meos à me: poſuerunt me abominationem ſibi.

Traditus ſum, & non egrediebar: oculi mei languerunt præ inopia.

Clamaui ad te Domine tota die: expandi ad te manus meas.

Nunquid mortuis facies mirabilia: aut medici ſuſcitabunt, & confitebuntur tibi?

Numquid narrabit aliquis in ſepulchro miſericordiam tuam: & veritatem tuam in perditione?

Numquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua: & iuſtitia tua in terra obliuionis?

Et ego ad te Domine clamaui: & manè oratio mea præueniet te.

Vt quid Domine repellis orationem meam: auertis faciem tuam à me?

Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea: exaltatus autem humiliatus ſum, & conturbatus.

In me tranſierunt iræ tuæ: & terrores tui cõturbauerũt me.

Circumdederunt me ſicut aqua tota die: circumdederunt me ſimul.

Elongaſti à me amicum, & proximum: & notos meos à miſeria. Antiphona.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





LOnge feciſti notos meos à me, traditus ſum,



& non e gre di e bar.

Antiphona.



CAptabunt in a nimam iu ſti, & ſanguinem



innocentem condemnabunt. Sæculorum, Amen.

Pſalmus 93.

DEus vltionum Dñs: Deus vltionum liberè egit.

Exaltare qui iudicas terram: redde retributionem ſuperbis.

Vſquequo peccatores Domine: vſquequo peccatores gloriabuntur?

Effabuntur, & loquẽtur iniquitatem: loquentur omnes, qui operantur iniuſtitiam.

Populũ tuum Domine humiliauerunt: & hereditatem tuam vexauerunt.

Viduam & aduenam interfecerunt: & pupillos occiderunt.

Et dixerũt, Nõ videbit Dñs: nec intelliget Deus Iacob.

Intelligite inſipientes in populo: & ſtulti aliquando ſapite.

Qui plantauit aurem non audiet:

audiet: aut qui finxit oculum, non conſiderat?

Qui corripit gentes, non arguet: qui docet hominem ſcientiam?

Dominus ſcit cogitationes hominum: quoniam vanæ ſunt.

Beatus homo, quem tu erudieris, Domine: & de lege tua docueris eum.

Vt mitiges ei à diebus malis: donec fodiatur peccatori fouea.

Quia non repellet Dominus plebem ſuam: & hereditatem ſuam non derelinquet.

Quoadusque iuſtitia cõuertatur in iudicium: & qui iuxta illam omnes qui recto ſũt corde.

Quis conſurget mihi aduerſus malignantes? aut quis ſtabit mecum aduerſus operantes iniquitatem?

Niſi quia Dominus adiuuit me: paulò minùs habitaſſet in inferno anima mea.

Si dicebam: Motus eſt pes meus: miſericordia tua Domine adiuuabat me.

Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo: conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.

Numquid adhæret tibi ſedes iniquitatis: qui fingis laborem in præcepto?

Captabunt in animam iuſti: & ſanguinem innocentem condemnabunt.

Et factus eſt mihi Dominus in refugium: & Deus meus in adiutorium ſpei meæ.

Et reddet illis iniquitatem ipſorum, & in malitia eorum diſperdet eos: diſperdet illos Dominus Deus noſter.

Antiphona.



CAptabunt in a nimam iu ſti, & ſanguinem




De epiſtola beati Pauli Apoſtoli ad Hebræos.

Lectio vij. *Cap. 4.*

Feſtinemus ingredi in illam requiem, vt ne in idipſum quis incidat incredulitatis exemplũ. Viuus eſt enim ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vſque ad diuiſionẽ animæ, ac ſpiritus, compagum quoque, ac medullarum, & diſcretor cogitationum, & intentionum cordis. Et non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius. Omnia autem nuda, & aperta ſunt oculis eius, ad quem nobis ſermo. Habentes ergo Pontificem magnum, qui penetrauit cælos, Ieſum filium Dei: teneamus cõfeſſionem. Non enim habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris: tentatum autem per omnia, pro ſimilitudine abſque peccato.

Reſponſorium. vij.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






aduer-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






## Lectio viij.

Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ, vt miſericordiã cõſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Omnis namque Põtifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in ijs quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona, & ſacrificia pro peccatis; qui condolere poſſit ijs qui ignorant & errant: quoniam & ipſe circũdatus eſt infirmitate. Et propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam & pro ſemetipſo offerre pro peccatis.

## Reſponſorium viij.




&

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



Lectio ix. *Cap. 3.*

NEc quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo, tamquam Aaron. Sic & Chriſtus non ſemetipſum clarificauit, vt Pontifex fieret, ſed qui locutus eſt ad eum; Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quẽadmodum & in alio loco dicit: Tu es ſacerdos in æternũ, ſecundùm ordinem Melchiſedech. Qui in diebus carnis ſuæ præces, ſupplicationeſque ad eũ, qui poſsit illũ ſaluum facere à morte, cum clamore valido, & lacrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reuerentia. Et quidem cùm eſſet Filius Dei, didicit ex ijs quæ paſſus eſt, obedientiam: & conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ, appellatus à Deo Pontifex, iuxta ordinem Melchiſedech.

Reſponſorium. ix.



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





Pſal. Miſerere mei Deus. fol. xlij. Antiphona.



ANxi atus eſt ſuper me ſpi ri tus meus, in



me turbatum eſt cor meum. Sæculorum, Amen.

Pſalmus 142.

DOmine exaudi orationem meam, auribus percipe obſecrationē meā in veritate tua: exaudi me in tua iuſtitia.

Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.

Quia perſecutus eſt inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam.

Collocauit me obſcuris, ſicut mortuos ſæculi: & anxiatus eſt ſuper me ſpirit⁹ meus, in me turbatū eſt cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus ſum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarū meditabar.

Expandi manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velociter exaudi me Domine: defecit ſpiritus meus.

Non auertas faciem tuam à me: & ſimilis ero deſcendentibus in lacum.

Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam: quia in te ſperaui.

Notam

Notam fac mihi viã, in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.
Eripe me de inimicis meis, Domine ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum Domine viuificabis me, in æquitate tua.
Educes de tribulatione animã meam: & in miſericordia tua diſperdes inimicos meos.
Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniã ego ſeruus tuus ſum.

Antiphona.



ANxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in



me turbatum eſt cor meum.

Antiphona.



AIt latro ad latronem: nos quidem di-



gna factis recipimus, hic autem quid fecit? Me-



mento mei Domine, dum veneris in regnum tuum.

Pſal.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





Pſal. Deus Deus meus. fol. xlvj. Antiphona.



C Vm cōturbata fu e rit a ni ma me a Do-



mine, miſericordi æ memor e ris. Sæculorum, Amen.

Canticum Habacuc. *Cap. 3.*

DOmine audiui auditionē tuā: & timui.

Domine opus tuum: in medio annorum viuifica illud.

In medio annorum notum facies: cùm iratus fueris, miſericordiæ recordaberis.

Deus ab Auſtro veniet: & ſanctus de monte Pharan.

Operuit cælos gloria eius: & laudis eius plena eſt terra.

Splendor eius vt lux erit cornua in manibus eius.

Ibi abſcondita eſt fortitudo eius: ante faciem eius ibit mors.

Et egredietur diabolus ante pedes eius: ſtetit, & menſus eſt terram.

Aſpexit, & diſſoluit gentes: & contriti ſunt montes ſæculi.

Incuruati ſunt colles mundi: ab itineribus æternitatis eius.

Pro iniquitate vidi tentoria Aethiopiæ: turbabūtur pelles terræ Madiam.

Numquid in fluminibus iratus es Domine: aut in fluminibus furor tuus, vel in mari indi-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



indignatio tua?

Qui aſcendes ſuper equos tuos: & quadrigæ tuæ ſaluatio.

Suſcitans ſuſcitabis arcum tuum: iuramenta tribubus, quæ locutus es.

Fluuios ſcindes terræ, viderunt te, & doluerunt montes: gurges aquarum tranſijt.

Dedit abyſſus vocem ſuam: altitudo manus ſuas leuauit.

Sol & luna ſteterunt in habitaculo ſuo: in luce ſagittarum tuarum ibunt, in ſplendore fulgurantis haſte tuæ.

In fremitu conculcabis terram: & in furore obſtupefacies gentes.

Egreſſus es in ſalutem populi tui: in ſalutem cum Chriſto tuo.

Percuſsiſti caput de domo impij: denudaſti fundamentum eius vſque ad collum.

Maledixiſti ſceptris eius, capiti bellatorum eius: venientibus vt turbo ad diſpergendum me.

Exultatio eorum: ſicut eius qui deuorat pauperem in abſcondito.

Viam feciſti in mari æquis tuis: in luto aquarum multarum.

Audiui, & conturbatus eſt venter meus: à voce contremuerunt labia mea.

Ingrediatur putredo in oſſibus meis: & ſubter me ſcateat.

Vt requieſcam in die tribulationis: vt aſcendam ad populum accinctum noſtrum.

Ficus enim non florebit: & non erit germen in vineis.

Mentietur opus oliuæ: & arua non afferent cibum.

Abſcindetur de ouium pecus: & non erit armentum in præſepibus.

Ego autem in Domino gaudebo: & exultabo in Deo Ieſu meo.

Deus Dominus fortitudo mea: & ponet pedes meos quaſi ceruorum.

Et ſuper excelſa mea deducet me victor: in pſalmis canentem.

Antiphona.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Naza-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





Na za re nus, Rex Iu dæ o rum. Pſal.



Benedictus Dominus. fol. lij. ℣. C



Hriſtus



factus eſt pro no bis o be di ens vſ que a d



mor tem, mor tem au tem cru cis.

Sic dicitur per horas diei, & omnia alia vt ſupra in feria quinta.

# SABBATO SANCTO.

## AD MATVTINVM. IN PRIMO

### NOCTVRNO, ANTIPHONA.



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





I Npace in i dipſum, dormiam



& re quieſcam. Sęculorũ, Amen.

Pſalmus 4.

CVm inuocarem, exaudiuit me Deus iuſtitiæ meæ: in tribulatione dilataſti mihi.

Miſerere mei: & exaudi orationem meam.

Filij hominum vſquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?

Et ſcitote quoniam mirificauit Dominus ſanctũ ſuum: Dominus exaudiet me, cùm clamauero ad eum.

Iraſcimini, & nolite peccare: quæ dicitis in cordibus veſtris, in cubilibus veſtris compungimini.

Sacrificate ſacrificiũ iuſtitiæ, & ſperate in Dño: multi dicũt, Quis oſtẽdit nobis bona?

Signatum eſt ſuper nos lumẽ vultus tui Domine: dediſti lætitiam in corde meo.

A fructu frumẽti, vini, & olei ſui: multiplicati ſunt.

In pace in idipſum: dormiam & requieſcam.

Quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe: conſtituiſti me.

Antiphona.



I Npace in i dipſũ, dormiã & requieſcã. Aña.

H abi-




Pſalmus 14.

DOmine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?

Qui ingreditur ſine macula: & operatur iuſtitiam.

Qui loquitur veritatem in corde ſuo: qui non egit dolum in lingua ſua.

Nec fecit proximo ſuo malum: & opprobriũ non accepit aduerſus proximos ſuos.

Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus: timentes autem Dominum glorificat.

Qui iurat proximo ſuo, & non decipit: qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram, & munera ſuper innocentem non accepit.

Qui facit hæc: non mouebitur in æternum. Antiphona.




Antiphona.

Caro

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Pſalmus 15.

COnſerua me Domine, quoniam ſperaui in te: dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

S anctis qui ſunt in terra eius: mirificauit omnes voluntates meas in eis.

M ultiplicatæ ſunt infirmitates eorum: poſtea accelerauerunt.

N on congregabo conuenticula eorum de ſanguinibus: nec memor ero nominũ eorum per labia mea.

D ñs pars hereditatis meæ & calicis mei: tu es qui reſtitues hereditatem meam mihi.

F unes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hereditas mea præclara eſt mihi.

B enedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum: inſuper & vſque ad noctem increpuerunt me renes mei.

P rouidebam Dominum, in conſpectu meo ſemper: quoniam à dextris eſt mihi, ne commouear.

P ropter hoc lætatum eſt cor meum, & exaltauit lingua mea: inſuper & caro mea requieſcet in ſpe.

Q uoniam non derelinques animã meam in inferno: nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.

N otas mihi feciſti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vſque in finẽ. Aña.

Caro


CAro me a requi eſcet in ſpe.
Verſus. In pa ce in id ip ſum. Reſp. Dor mi am
& requieſcam.
Lectio prima.
DE la menta-
ti o ne Ie re mi æ Pro phe tæ.
He th.
MI ſe ri cor-
di æ Domini qui a non ſu mus conſumpti, qui
a non de fecerunt miſe rati o nes e ius.
Heth.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Vt


P. Vt viui fica ret po pulu m
ſu um. ℣. Radi di t
in mo rtem a ni mam ſu am, & inter ſcelera
tos re pu ta tu s eſt. P. Vt
vi ui.
Lectio ſecunda.
A Le ph.
Q Vo modo obſcura tum eſt a u-
rum, mu tatus eſt co lo r o ptimus, diſper-


ſi ſunt la pi des ſan ctu a ri j in ca pi te omni-
um pla te a rum. Be th.
F I li j Si on i ncly ti, & a micti
au ro pri mo: quo mo do re pu ta ti
ſunt in va ſa te ſte a o pus ma nuum
fi gu li? Gi me l.
S Ed & la mi æ nu dauerunt mam mam,

lacta-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022








Qui

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Ieru-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






neos. P Vpi lli facti ſumus abſque pa-
tre, matres noſtrę quaſi vi duæ. A Quam
noſtram pecunia bi bimus: ligna noſtra pretio com-
pa ra ui mus. C Erui cibus no-
ſtris mina ba mur: laſsis non dabatur re quies.
E Gypto dedimus ma num, & Aſſy-
ri is vt ſa tu ra re mur pa ne.

Patres

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Plan-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Pſalmus 23.

DOmini eſt terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuerſi qui habitant in eo.

Quia ipſe ſuper maria fundauit eum: & ſuper flumina præparauit eum.

Quis aſcendet in montem Domini: aut quis ſtabit in loco ſancto eius?

Innocens manibus & mundo corde: qui non accepit in vano animam ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo.

Hic accipiet benedictionem à Domino: & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo.

Hæc eſt generatio quærentium eum: quærentium faciem Dei Iacob.

Attollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ.

Quis eſt iſte Rex glorię? Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.

Attollite portas principes

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



veſtras, & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ.

Quis eſt iſte. Rex gloriæ?

Dominus virtutum ipſe eſt Rex gloriæ.

Antiphona.




Antiphona.




Pſalmus 26.

Dominus illuminatio mea, & ſalus mea: quem timebo? Dominus protector vitæ meæ: à quo trepidabo.

Dum appropiant ſuper me nocentes: vt edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei: ipſi infirmati ſunt, & ceciderunt.

Si conſiſtant aduerſum me caſtra: non timebit cor meũ.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



Si exurgat aduerſum me prælium: in hoc ego ſperabo.

Vnam petij à Domino, hanc requiram: vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.

Vt videam voluptatem Domini: & viſitem templum eius.

Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo: in die malorum protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.

In petra exaltauit me: & nũc exaltauit caput meum ſuper inimicos meos.

Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam vociferationis: cantabo & pſalmum dicam Domino.

Exaudi Domine vocẽ meã, qua clamaui ad te: miſerere mei, & exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquiſiuit te facies mea: faciem tuam Domine requiram.

Ne auertas faciem tuam à me: ne declines in ira à ſeruo tuo.

Adiutor meus eſto: ne derelinquas me, neque deſpicias me, Deus ſalutaris meus.

Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerũt me: Dominus autem aſſumpſit me.

Legem pone mihi Domine in via tua: & dirige me in ſemitam rectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam inſurrexerũt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi.

Credo videre bona Domini: in terra viuentium.

Expecta Dominum, viriliter age: & cõfortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum.

Antiphona.



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






## Pſalmus 29.

EXaltabo te Domine quoniam ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me.

Domine Deus meus clamaui ad te: & ſanaſti me.

Domine eduxiſti ab inferno animam meam: ſaluaſti me à deſcendentibus in lacum.

Pſallite Domino ſancti eius: & confitemini memoriæ ſanctitatis eius.

Quoniam ira in indignatione eius: & vita in voluntate eius.

Ad veſperum demorabitur fletus: & ad matutinum lætitia.

Ego autem dixi in abũdantia mea: Non mouebor in æternum.

Domine in voluntate tua: præſtitiſti decori meo virtutem.

Auertiſti faciem tuam à me: & factus ſum conturbatus.

Ad

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



Ad te Domine clamabo: & ad Deum meum deprecabor.

Quæ vtilitas in ſanguine meo: dum deſcendo in corruptionem?

Numquid confitebitur tibi puluis: aut annuntiabit veritatem tuam?

Audiuit Dominus, & miſertus eſt mei: Dominus factus eſt adiutor meus.

Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi: conſcidiſti ſaccum meum, & circumdediſti me lætitia.

Vt cantet tibi gloria mea, & non compungat: Domine Deus meus, in æternum confitebor tibi.

Antiphona.






Lectio

Lectio iiij. *In Pſalm 63 Verſ. 7.*

ACcedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Illi dixerunt: Quis nos videbit? Defecerũt ſcrutãtes ſcrutationes, cõſilia mala. Acceſsit homo ad ipſa conſilia, paſſus eſt ſe teneri, vt homo. Non enim teneretur niſi homo, aut videretur niſi homo, aut cederetur niſi homo, aut crucifigeretur, aut moreretur niſi homo. Acceſſit ergo homo ad illas omnes paſsiones, quę in illo nihil valerẽt, niſi eſſet homo. Sed ſi ille nõ eſſet homo, nõ liberaretur homo. Acceſsit homo ad cor altũ, id eſt, cor ſecretũ, obijciẽs aſpectibus humanis hominẽ, ſeruãs intus Deũ: cęlãs formã Dei, in qua ęqualis eſt Patri, & offerẽs formã ſerui, qua minor eſt Patre. ℟. iiij.




tene-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



Lectio v.

QVò perduxerunt illas ſcrutationes ſuas, quas perſcrutantes defecerunt, vt etiam mortuo Domino & ſepulto, cuſtodes ponerent ad ſepulchrum? Dixerunt enim Pilato: Seductor ille Hoc appellabatur nomine Dominus Ieſus Chriſtus, ad ſolatium ſeruorum ſuorum, quando dicuntur ſeductores. Ergo illi Pilato; Seductor ille inquiunt, dixit adhuc viuens: Poſt tres dies reſurgam. Iube itaque cuſtodiri ſepulchrũ, vſque in diem tertium, ne forte veniant diſcipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi, Surrexit à mortuis; & erit nouiſſimus error peior priore. Ait illis Pilatus. Habetis cuſtodiam, ite, cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autem abeuntes, munierunt ſepulchrum, ſignantes lapidem cum cuſtodibus.

Reſponſorium. v.



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Lectio vj.

POſuerunt cuſtodes milites ad ſepulchrũ; concuſſa terra Dominus reſurrexit : miracula facta ſunt talia circa ſepulchrum, vt & ipſi milites,qui cuſtodes aduenerant, teſtes fierent, ſi vellet vera nuntiare. Sed auaritia illa,quæ captiuauit diſcipulum comitẽ Chriſti,captiuauit & militem cuſtodem ſepulchri. Damus, inquiunt, vobis pecuniam : & dicite quia vobis dormientibus,venerunt diſcipuli eius; & abſtulerunt eum. Verè defecerunt ſcrutantes ſcrutationes. Quid eſt quod dixiſti ò infelix aſtutia? Tantum ne deſeris lucem conſilij pietatis, & in profunda verſutia demergeris, vt hoc dicas : dicite, quia vobis dormientibus venerunt diſcipuli eius, & abſtulerunt eum? Dormientes teſtes adhibes; verè tu ipſe obdormiſti, qui ſcrutãdo talia feciſti.

Reſponſorium. vj.

Ecce

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Tam-



TAm qua m a gnus coram



tondente ſe ob mu tu it, & non ape ru it os ſu um: de



anguſtia, & de iudicio ſu bla tu s eſt. P. Et.

Reitere- tur. R.



Ec ce.

In tertio Nocturno Antiphona.



DEus adiuua t



me, & Domin⁹ ſuſceptor eſt a nimę meę. Sęculorũ, Amẽ.

Pſalmus 53.

DEus in nomine tuo ſaluum me fac: & in virtute tua iudica me.

Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni inſurrexerunt aduerſum me, & fortes quæſierunt animam meam: & non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.

Ecce enim Deus adiuuat me: & Dominus ſuſceptor eſt

m

eſt animæ meæ.

Auerte mala inimicis meis: & in veritate tua diſperde illos.

Voluntariè ſacrificabo tibi: & confitebor nomini tuo Domine, quoniã bonum eſt.

Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me: & ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus.

Antiphona.




Pſalmus.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022



Pſalmus 75.

NOtus in Iudæa Deus: in Iſrael magnum nomen eius.

Et factus eſt in pace locus eius: & habitatio eius in Sion.

Ibi confregit potentias arcuum: ſcutum, gladium, & bellum.

Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis; turbati ſunt omnes inſipiētes corde.

Dormierũt ſomnum ſuum: & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.

Ab increpatione tua Deus Iacob: dormitauerunt qui aſcenderunt equos.

Tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi? ex tunc ira tua.

De cælo auditum feciſti iudicium: terra tremuit, & quieuit.

Cum exurgeret in iudicium Deus: vt ſaluos faceret omnes manſuetos terræ.

Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: & reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi.

Vouete, & reddite Domino Deo veſtro: omnes qui in circuitu eius affertis munera.

Terribili, & ei qui aufert ſpiritum principum: terribili apud reges terræ.

Antiphona.




Antiphona.



Factus

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022.






Pſalmus 87.

DOmine Deus ſalutis meæ: in die clamaui, & nocte corã te.

Intret in conſpectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam.

Quia repleta eſt malis anima mea: & vita mea inferno appropinquauit.

Aeſtimatus ſum cum deſcẽdentibus in lacũ: factus ſum ſicut homo ſine adiutorio, inter mortuos liber.

Sicut vulnerati dormientes in ſepulchris, quorum non eſt memor amplius: & ipſi de manu tua repulſi ſunt.

Poſuerunt me in lacu inferiori: in tenebroſis, & in vmbra mortis.

Super me cõfirmatus eſt furor tuus: & omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me.

Longè feciſti notos meos à me: poſuerunt me abominationem ſibi.

Traditus ſum, & non egrediebar: oculi mei languerunt præ inopia.

Clamaui ad te Domine tota die: expandi ad te manus meas.

Nũquid mortuis facies mirabilia: aut medici ſuſcitabunt, & confitebuntur tibi?

Numquid narrabit aliquis in ſepulchro miſericordiam tuam: & veritatem tuam in perditione?

Num-

Numquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua: & iuſtitia tua in terra obliuionis?
Et ego ad te Domine clamaui: & mane oratio mea præueniet te.
Vt quid Domine repellis orationem meam: auertis faciem tuam à me?
Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuẽtute mea: exaltatus autem, humiliatus ſum, & conturbatus.
In me tranſierunt iræ tuæ: & terrores tui conturbauerunt me.
Circumdederunt me ſicut aqua tota die: circumdederunt me ſimul.
Elongaſti à me amicum & proximum: & notos meos à miſeria.

Antiphona.



De Epiſtola beati Pauli Apoſtoli ad Hebræos.

Lectio vij. *Cap. 9. c.*

CHriſtus aſsiſtens Pōtifex futurorū bonorū, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id eſt, non huius creationis, neque per ſanguinem hircorum, aut vitulorū, ſed per propriū ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, ęterna redemptione inuenta. Si enim ſanguis hircorum & taurorū, & cinis vitulæ aſperſus, inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis: quāto magis ſanguis Chriſti, qui per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatū Deo, emundabit conſcientiam noſtrā ab operibus mortuis, ad ſeruiendum Deo viuenti? Reſponſorium. vij.




eius

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






### Lectio viij.

ET ideò noui Teſtamenti mediator eſt; vt morte intercedente in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant ſub priori teſtamento, repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt, æternæ hęreditatis. Vbi enim teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris. Teſtamentū enim in mortuis confirmatū eſt; alioquin nondum valet, dum viuit, qui teſtatus eſt. Vnde nec primum quidem ſine ſanguine dedicatum eſt.

### Reſponſorium. viij.




tibus i n la cum. ℟. Fa ctus ſum
ſi cut ho mo ſi ne a d iu to-
ri o, in ter mo r tu o s
li ber. ℣. P O ſu e runt me
in la cu in fe ri o ri, in
te ne bro ſis & i n vmbra mo r-
tis. ℟. Fa ctus.

Lectio ix.

LEcto enim omni mandato legis à Moyſe vniuerſo populo, accipiens ſanguinem vitulorum, & hircorum, cum aqua, & lana coccinea, & hyſſopo, ipſum quoque librum, & omnem populum aſperſit, dicẽs: Hic ſanguis teſtamenti, quod mandauit ad vos Deus. Etiam tabernaculũ, & omnia vaſa miniſterij ſanguine ſimiliter aſperſit. Et omnia penè in ſanguine ſecundum legem mundantur: & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſsio.

Reſponſorium. ix.




tes, qui cuſto di re nt i llud. ℣.
A Ccede ntes prin cipes ſacerdotum ad
Pi la tum, pe ti e ru nt i llum.
Reitere- tur. ℞.
Ad Laudes Antiphona.
P. Pone ntes. Sepu l to.
O Mors, e ro mors tu a, mor ſus tu us
e ro inferne. Pſal. Miſerere mei Deus. fol. xlij. Aña.
P Langēt eum q̄ua ſi v ni genitū, quia innocens

Domi-



Do mi nus oc ci ſus eſt. Sæ cu lo rum, Amen.

Pſalmus 42.

IVdica me Deꝰ & diſcerne cauſam meam, de gente non ſancta: ab homine iniquo & doloſo erue me.

Quia tu es Deus fortitudo mea: quare me repuliſti, & & quare triſtis incedo, dum affligit me inimicus?

Emitte lucē tuam & veritatē tuā: ipſa me deduxerūt, & adduxerunt in montē ſanctum tuum, & in tabernacula tua.

Et introibo ad altare Dei: ad Deum qui lætificat iuuentutem meam.

Confitebor tibi in cythara Deus, Deus meus: quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi ſalutare vultus mei, & Deus meus.

Antiphona.



PLangent eum quaſi v ni genitum, qui a in-



nocens Dominus oc ci ſus eſt.

Antiphona.



ATte n di te v ni uer ſi po pu li, & vi- dete

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022






Canticum Ezechiæ. *Iſai.* 38.

EGo dixi, in dimidio dierum meorum: vadam ad portas inferi.

Quæſiui reſiduum annorum meorum: dixi, Non videbo Dominum Deum in terra viuentium.

Non aſpiciam hominem vltra: & habitatorem quietis.

Generatio mea ablata eſt, & conuoluta, eſt à me: quaſi tabernaculum paſtorum.

Præciſa eſt velut à texente, vita mea, dũ adhuc ordirer, ſuccidit me: de manè vſque ad veſperam finies me.

Sperabam vſque ad manè: quaſi leo ſic contriuit omnia oſſa mea.

De manè vſque ad veſperam finies me: ſicut pullus hirundinis ſic clamabo, meditabor vt columba.

Attenuati ſunt oculi mei: ſuſpicientes in excelſum.

Domine vim patior, reſponde pro me: quid dicam, aut quid reſpondebit mihi, cùm ipſe fecerit?

Recogitabo tibi omnes annos meos: in amaritudine ani-

animæ meæ.

Domine ſi ſic viuitur, & in talibus vita ſpiritus mei, corripies me, & viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amariſsima.

Tu autem eruiſti animam meam, vt non periret: proiecisti poſt tergum tuum omnia peccata mea.

Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: non expectabunt, qui deſcendunt in lacum veritatem tuam.

Viuens, viuens ipſe confitebitur tibi, ſicut & ego hodie: pater filijs notam faciet veritatem tuam.

Domine ſaluum me fac: & pſalmos noſtros cantabimus cunctis diebus vitæ noſtræ in domo Domini.

Antiphona.




Antiphona.



© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022





© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022.






Et ſic dicitur per horas diei: & omnia alia, vt ſuprà in feria quinta.

EXPLICIT FELICITER,

Officium integrum totius hebdomadæ ſanctæ.

---

MATRITI

Ex Typographia Regia, anno Domini. 1616.

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022

3412.197
45

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria, 2022